

Tunc autem non sufficere dicuntur, quando ex una parte facultates communitatum deficient, & ex alia civis (si Ecclesiastici excludentur) coegerunt se private illis, quæ sunt necessaria ad vivendum secundum convenientiam sui status. Si vero facultates communitatis ad necessitatem sublevandam sufficerent, neque licet particulares possent gravari, ut in n. 800. Diana p. 1. r. 2. r. 133.

809 Tertia. *Urgentitas, vel utilitas sit e. que communis laici, & Clerici, ex cit. cap.*

810 Quarta. *U. Episcopi, & Clerici delibent, & consentiant, ex cit. cap. N. mine Cleri non venit solum Capitulum Cathedralis, ut teneat plures, s. d. omnia Capitula Urbis, & Vicarij foranei Diocesis: quia omnes gravantur, & sic omnes cognoscere debent qualiter necessitates, ut delibent, an, & quantum debeant concurrere. Item veniunt etiam Capitula Religiosorum, si Religiosi sint comprehensi. Diana p. 5. r. 1. r. 11.*

811 Quinta. *U. vris de tali contributione consilium Summi Pontifex, & ejus habeatur licentia, ex cap. Adversus de Immunit. ita ut solus consensus Episcopi, & Cleri non sufficiat, nisi periculum esset in mora: quo casu, si duratio gabellæ non esset modica, facta impositione de solo consensu Episcopi, & Cleri, censurandus statim esset. Summus Pontifex pro approbatione. Cum autem hujusmodi centur impetrantr, sunt prius ab Episcopo audienda Capitula Clericorum, & eorum, de quorum interesse agitur.*

812 Gabella denique his concurrentibus conditionibus jam impolita, exactio non potest fieri à Jure laico, sed per personas Ecclesiasticas ab Episcopo deputatas. Constat ex Bulla Urb. VIII. pro Ducatu Mediolanensi.

813 Publica necessitas, vel utilitas est: Reparatio pontium, fontium, murorum Civitatis, viarum publicarum, alluvionum ex fluminibus cum damno agrorum, aut Urbium; Anno, Fames, Bellum, Pestis, &c. At si per nulla ex his, aut aliis necessitatibus possint ab Ecclesiasticis contributiones expolci, nisi recensis quique concurrentibus conditionibus; sed omnino à communibus contributionibus sunt ex moti.

814 Nec dicas, Ecclesiasticos obligari ex Beneficio à laicis accepto, quod est commune. Quia ut optime dicitur in C. r. r. p. 2. disp. unica, r. 12. p. 1. r. 2. q. 2. *Esse Beneficium commune sit Clericis, & laicis, sumptus non debent esse communes: dignitas enim clericali potest, ut aliquo privilegio specialiter finiantur: sicut enim privilegium militiæ, & regiminis eximere solent militem, & magistratum ab iis contributionibus*

communibus, tamen si de beneficio communi equanimiter participent: sic dignitas clericatus eximere poterit. Clericum ab his oneribus. Adde Clericos hoc Beneficium à laicis acceptum alii Beneficij compensare: ipsorum Clerici specialiter concurrunt ad subventionem pauperum, reparationem templorum, & illorum ornatum, & cultum: que omnia in utilitatem cedunt laicorum. Ergo hoc sumptus sufficienter compensant sumptus laicorum.

815 Insuper publica necessitate supposita, quinque conditionibus concurrentibus, & licentia Summi Pontificis obienta, quæ Ecclesiasticos omnes, etiam Regulares, comprehendat; alibi ab omni onere, & contributione excipiuntur, & eximuntur Fratres Ordinis Minorum, de Observantia S. P. Francisci, Retormati ejusdem, & Capuccini, quia nil proprii possident, sed vivunt de puris elemosinis manualibus, aut à pietate fidelium legatis, quorum nullum dominum habent, aut proprietatem; ut mem. in Conc. Trid. sess. 25. de refor. cap. 3. & liquet infra ver. *Lepata Minorum.*

Hinc, cum Alex. VII. pro urgentissima necessitate contra Turcas, Germaniam & Insulam Cretae invadentes, per Bullam *Com. Divina* 1660. editam, indixisset sex Decimas pro decennio in subsidium solvendas super fructibus omnium Ecclesiasticorum, etiam Regulatibus comprehensis, per totam Italiam, & insulas coadjacentes, fuit declaratum per Epistolam Theofaurarii Gen. sub die 20. Maji 1662. Subcollectores missam, Fratres Minores Observantes S. Francisci non teneri ad dictam contributionem, & injunctam, ne ipsam super hoc molestiam inferrent. Lautulca ver. *Gabella, num. 3. vid. nu. 823.*

Qui nu. 6. refert etiam aliam Decis. Theof. Gen. & Congr. Pralatorum Cameræ, quibus injungitur conductibus publicis laiciorum, ut non possint adstringere Fratres Minores Observantes ad carcerem in suis laiciorum sumendam; sed quod possint in aliis locis propinquis sumere, ubi valent minori pretio habere.

816 Ab excommunicatione non excusantur, qui exigunt, aut exigi mandant gabellas ab Ecclesiasticis, cum animo ex restituendis in fine anni, quamvis dicant, id facere ad vitandas fraudes officialium gabellas exigentium, Duardus, & alii apud Diana p. 1. r. 2. r. 44. quæ cogunt ante ad solvendum, quod est onus & incommodum Clericis.

Subit tamen Diana cit. in nostra Urbe Panormi sine serupulo observari consuetudinem.

hem hanc solvendi Clericis in fine anni (ut vulgo dicitur) lo scalfato, pro gabellis per eos ante folium, quia hoc fit, ipsi Clericis (non quidem privilegiis renunciantibus) sed contententibus, & de licentia Summi Pontificis.

MONITUM.

817 **S**I aliquando vides onera imponi, & aliter fieri. Si tuam vis servare conscientiam, Deum, & jusque Judicium reformidare, non ad facta, sed ad ea, quæ de jure fieri debent, attendas. Et interim Sacrum Concilium Concilii Lateranensis. 4. præ oculis habeas, qui est, ut sequitur:

818 Non minus, &c. In diversis mundi partibus Consul es Civitatum, & Recleres, necnon & alii, qui potentiam habere videantur, tu onera frequentiter imponunt Ecclesiis, ut deterioris conditionis factum sub eis Sacerdotum videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui legis divine notitiam non habebat. Ille quidem omnibus animi servituti subactus, sacerdotis, & possessione eorum, in persona libertate dimisit, & eis alimoniam de publico administravit: Ius vero onera sua sepe universa imponunt Ecclesiis, & tur angaris affligunt, ut eis, quod Justitias deplorat, competere videatur: Principis provinciarum facta est subtribus. Sive quidem follata, sive expeditio, de bonis Ecclesiarum, & Clericorum agenda, de bonis Ecclesiarum deputatis, volunt sepe cuncta compleri. Jurisdictionem etiam, auctoritatem Pralatorum ita evacuant, ut nihil potentias in eis vis videatur hominibus remanere. Quocirca sub anathematis distractione fieri de cetero Italia prohibemus: nisi Episcopis, & Cleris tantam necessitatem, vel utilitatem aspererint, ut absque illa exactione ad relevandas communes utilitates, vel necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias eximantur conferenda. Si autem Consules, aut aii de cetero ita commiserint, &c. v. num. 714. & 791. *Evadimus, qui judicatis verum.* Pl. 2.

Vide infra de Jure patronatus, ver. *Quare, casum de onere super pensione, & detractione Gabellæ, ver. *Quæ restitutum.** De Gabellis agunt Diana p. 1. tract. 2. à r. 55. ad r. 107. r. 2. & 123. *Caust. ital. p. 2. disp. p. 1. r. 12. num. 9. Fagnanus lib. 3. cap. Episcopus, de Prebendis à num. 30. & cap. Non minus, de Immun. Pirhing. l. 3. tit. 1. s. 3. Mucio in comp. ver. *Gabella, Ant. à Spir. Sanct. de Con-**

juris tr. 12. disp. 3. s. 3. Alarius lib. 4. verb. *Gabella, Clericatus c. 32.*

PARLAMENTUM REGNI SICILIE, ET NEAPOLIS

819 **E**st Conventus Procerum Regni pro causa publica congregatorum.

In causa ad illud concurrunt tria Regni brachia, Ecclesiasticum, Demaniale, & Militare. Ecclesiasticum componitur ex Archiepiscopis, Episcopis, quibusdam Abbatibus, & Prioribus: *Demianiale* ex Procuratoribus Civitatum, & Castellorum immediate Regi subjectionum. *Militare* ex Baronibus obligatis ratione feudi ad servitium militare.

820 Et quia ut plurimum congregatur pro donativo Regi praxido, pro justitia requiritur justa causa, puta necessitas ex parte Regis tantis, sufficientis virium ex parte Vassalorum. Super qua Regis necessitate credendum est à Parliamentis ipsi Regi, quia est necessitas in facti proprio Regis, in quo semper presumi debet justa causa, nisi constet de injustitia. Maxime attendenda est causa formati, & finalis, ut in gabellis. n. 799. & 800.

821 Hinc momentum Proregis pmissi, & timorati Parliamenti, ut soleret justitiam donativi, atque vassalorum, & universitatum vires considerent, non in extraordinariis donativis, quæ prescribunt, Regno onus imponant, quod sustinere non valeat. Adeoque considerent, quod subditum non valeat. Adeoque considerent, quos à perniciosa adulationis vitio, & à rerum temporalium desideriis maxime alienos esse cognoverint, eosque etiam contradicentes, grantant, ac benigne recipere.

822 Notat *Dianens. q. 22. in fine, Ecclesiasticos, qui vivunt in Parlamento, non teneri ad donativum, nisi sponte offerant, & in Brevis Apostolice ita in specie determinatum est.*

823 Et etiam tunc. Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, quia etiam Retormatorum, & Capuccinorum, ad donativum non tenentur, nec obigari possunt, constat ex dictis n. 815. Et ita servatur in praxi.

QUANTUM AD NUMERUM SUFFRAGIORUM,

824 **S**i Parliamentum sit pro donativo Regis, sicut in major pars. In Regno autem Sicilia requiritur, ut concurrat brachium Ecclesiasticum, ita ut non sufficiat, si major pars brachia Demanialis, & Militaris concurrat, nisi etiam brachium Ecclesiasticum concurrat, in quantum suppetunt

Ecclesiasticos loqui liberius, & sine metu.

825 Si Parliamentum sit pro dando donativo Proregi, omnino prius ad valorem requiritur licentia Regis, & non sufficit maior pars. Sed suffragia omnia concurrere debent; quia hoc donativum est omnino liberum, & perfecte voluntarium, adeoque omnes consentire debent. Ad differret am de donativo Regis, quo quidem (ut rite notat Diana,) nomine est donativum, & revera est servitium, quod Regi præstatur, ad eum à necessitatibus sublevandum; & maxime, si necessitas sit pro eodem Regno.

Item omnia suffragia requiruntur, si in Parlamento (ut etiam solet) agatur de admit-tendo aliquem externum in Regnicolam. In qua re attendi debet, an sit spes, quod talis acceptatio fit futura utili Regno, minime obnoxia, qualis foret, si extra armis, officio, aut beneficiis obtentis, occasione [que illis est facilis] capta, recederet, officio, aut beneficiis commutatis, & pensionibus impositis pro re retentis: quod utique eaderet in Ecclesiæ, ac officiorum perniciem, & in præjudicium Nationalium.

826 In Parlamento, in quo omnia suffragia sunt necessaria, si agatur de re injuncta, non potest Parliamentarius se absentare, quia pro seum vorum negativum potest in iustam conclusionem impedire, adeoque permittendo peccat. Nec potest majori parti se subscribere, si ei certo constet injustitia conclusionis. In dubio autem, si major pars, aut sanior pars, aut probabilis iudice de iustitia, potest dubium deponere, & majori, aut saniori parti se conformare. Donatus non. 1. p. 2. q. 16. Eadem ratione Procurator universitatis licet sit constitutus cum facultate substitutiendi, non potest substituere alium, quem prævidet facili in conclusionem injunctam condemnaturum.

827 In Parlamento, ubi sufficit major pars, ut de donativo Regis; si conclusio est injuncta, tunc intrat peccatum, & onus restitutionis.

828 Quantum ad peccatum, omnes peccant mortaliter, etiam si major pars jam suffragata sit, quia omnis positive ad rem peccatiosam positive concurrunt. Hinc Excodi 23. scriptum reperitur: *Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimum acquiesces fœderate, ut à vero devies.*

829 Quantum vero ad restitutionem, solum priores, qui majorem partem constituunt, ad restitutionem tenentur, minime posteriores, quia non priores sunt causa efficiens substantiæ damni, seu conclusionis injunctæ; po-

teriores autem solum concurrunt, ut dicam, ad modum actus, nempe ad majorem plenitudinem suffragiorum. Quia ratione peccat, at non tenentur ad restitutionem, qui concurrunt efficaciter non ad substantiam actus facti, sed solum ad circumstantiam, aut ad modum actus, ut infra verb. *Qua restituere tenentur.*

830 Unde dictum illud, quod minor pars possit, imo teneatur se subscribere majori parti, & approbare, quod est majori parte conclusum, desumptam ex l. *Quod majori pars, & l. Aliud, §. referunt, de Regula juris*, est verum de eo, quod præsumitur iustum, & melius; aut in dubio: si enim minor pars de iustitia dubitet, major pars, maxime si sit sanior, pro certo, aut probabilis est pro iustitia, tunc quidem potest, aut tenetur minor pars dubium deponere, & majori, maxime saniori parti se subscribere, & approbare conclusionem.

831 Hi ergo (ait Diana in Summa) melius facient, si à Parlamento pro ea die se absentent, dum absque magna singularitatis, & periculis nota pro iustitia loqui, & suam conscientiam exonerare non possunt; nam id in tali casu fieri posse concedit Valerius ver. *Suffragium, diff. 2. in fine, & Ledesma tom. 2. tract. 7. cap. 2. Concl. 24. quia nimis grave videtur obligare aliquem ut constant incommodo & periculo resistat Parliamentariorum torrenti.*

832 Recenti, qui restituere tenentur, tenentur singuli in solidum, quia singuli sunt causa totalis, minime totalitate causæ, sed totalitate effectus; ita Com. ut infra, *vera, Possessor male fides.*

833 Strowerdorsif. apud Dian. p. 4. tr. 4. ref. 79. tenet, singulos esse causas paritatis, quia singulorum concursus non est sufficiens, sed ex omnibus simul fit unus concursus sufficiens, & efficax. Adducit exemplum de pluribus navim trahentibus, qui ob dictam rationem sunt causæ partiales, ac proinde non debetur singulis tota merces; adeoque, sicut quando possunt, non debetur singulis tota merces, sed debent illam inter se dividere; ita quando obliunt, non debent singulorum satisfacere damnum, sed debent singuli suam reparare partem. Idem tenet pluribus ad eandem injunctam concurrentibus, quoties singulorum concursus sine aliorum concursu non fuisset efficax.

834 At non est à communi recedendum, quia ex hoc, quod singuli non sufficient, solum sequitur, quod nisi causæ partiales, partialitate causæ, & influxus; minime quod non sint singuli causa totalis totalitate effectus; nam ex quo sine singulis injustitia non

heret;

heret, tota injustitia singulis attribuitur.

835 Id verum est, quod in dubio, an tuum suffragium fuerit de primis, & efficacibus, an vero de sequentibus, peccati quidem, sed non tenentis ad restitutionem; quia in dubio melior est conditio possidentis.

PRAXIS PARLAMENTI.

836 Parliamentaria Generalia, singulis tribus annis in hoc Sicilia Regno congregari solita, differri solent ad sex, aut plures annos.

837 In his Excell. Prorex ex parte & nomine Suae Majestatis cunctis parlamentariis proponit. Primo Regis necessitatem, de confirmatione, & continuatione septem veterum annuatium donativorum, videlicet: Pro Regi Curia, pro Tricembus, pro Palatis, pro Mutationibus, pro Edictis, pro Regi Deputatione, pro Pontibus, Turribus, & Regentibus. Hoc dicitur Donativum Ordinarium, quod continuari solet per tres annos: ut in numer. 841. Cujus Donativi Brachium Ecclesiasticum solvere solet annuatim sextam partem.

838 Insuper Sua Excellentia proponere solet ex parte Suae Majestatis peculiarem aliam Regis necessitatem, sive in ministerium proprium ipsius Regis, sive ob bella sustinenda, sive ob ejusdem Regni necessitatem, & utilitatem, ut contingit in elapso Parlamento, de anno 1698. ad restandum defectum monetæ veteris jam adteratæ, ac mortuæ, cum monetæ novæ ejusdem valoris, ad regis rationem cum antiqua commutanda, ad Monetarium fraudes Regno perniciosas eliminandas. Ob quam peculiarem necessitatem alio donativum à priori distinctum expedit, & hoc vocatur donativum extraordinarium, quod solum primo anno, & pro unica tantum vice solvitur, quodque solet esse duodecentum millia scuta, cujus donativi Brachium Ecclesiasticum pariter sextam partem solvere solet.

839 Hi aut supra propositis, Caput totius Parliamenti, qui solet esse Archiepiscopus Panormitanus, utpote Brachi Ecclesiastici Caput, pro cunctis respondet: Quod, quando consultum inter tria Parliamenti Generalis brachia habebuntur, attendentes, que attendenda erant, & responsionem dabitur. Unde

840 In prima sessione Brachium Ecclesiasticum, ante omnia, actum protestatorium emittit, quod contra Ecclesiasticorum Parliamentariorum suffragia intelligatur sub hac conditione lata, nimirum, quod si donativa, quæ concluduntur, non veniant confirmata à Summo Pontifice, tunc emissa suffragia in-

telligantur irrita, ac nulla, ac si non fuisset emissa.

841 In sessionibus sequentibus, attente consideratis, arque perpenis dictis à numer. 839. ad 835. si iustitia reperiatur, fit primo conclusio, & oblatio Regis super septem donativis antiquis annualibus per tres continuos annos: ut in n. 837.

842 Et quia tribus elapsis annis solet recessit donativi ordinari exactio continuatur titulo commodati, usque ad novum Parliamentum futurum; omnino attendendum est ad talem exactiorem, & solutionem, elapsis jam tribus annis donativi, non posse sub recentio, aut alio titulo adstringi Ecclesiasticos, quia jam pro his finem habuit licentia Summi Pontificis. Et sicut conclusio donativi facta, non potest exactio, & solutio ex jure incipi, & executioni mandari quantum ad Ecclesiasticos, nisi prius accedat licentia & assensus Summi Pontificis, qui proinde non potest adstringi; ita et licentia terminata, non potest exactio ex jure quantum ad illos continuari, ita ut non possit adstringi, ut constat ex dictis de immunitate reali, & gabelis; v. n. 811. & 866.

843 Verum tamen est, quod in novo Parlamento proponitur, non solum continuatio septem donativorum ordinariorum ad alios tres annos, sed etiam confirmatio eorundem septem donativorum ordinariorum titulo commodati exactiorum per annos intermedium ab elapso triennio Parliamenti præteriti, usque ad præses novum, & utraque, videlicet tam confirmatio, quam innovatio, concluditur; & quantum ad Ecclesiasticos, pro utraque petitur assensus Summi Pontificis.

844 Postea fit conclusio, & oblatio Regi de donativo extraordinario: ut in n. 838.

845 Inde in præmissorum donativorum oblationem, solet Parliamentum concludere petitionem trium gratiarum apud Regem faciendam in beneficium Regis.

Denique Parlamento concluso, accedunt ad Excell. Proregem trium Brachiorum capita, qui conclusa referunt, & tres gratias petunt.

De Parlamento, agit Diana p. 4. tr. 3.

ALIENATIO RERUM ET BONORUM ECCLESIASTICORUM

846 **E**t prohibita ad favorem Ecclesiæ. Et quidem quod bona stabilia Ecclesiæ, ex utroque Jure Divino, & Canonico, nam bonorum Ecclesiæ Clerici, & Monachi non sunt Domini, sed usufructuarii; & Præbati sunt Ministri, & Coloni. Unde

Unde

Levit. 25. dicitur: Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos advena, & coloni mei estis. Et in c. cum ex parte, de elect. in 6. dicuntur patrimonium Christi: adeoque ad Christum, seu ejus Vicarium spectat de illis disponere.

847 Alienatio igitur, cum sit favorabilis Ecclesie, hic non accipitur proprie, & stricte, prout est translatio domini directi: sed improprie, & large, prout est translatio cujuslibet domini tam directi, quam utilis, aut juris in re. De quibus infra verb. Dominium.

848 Hinc prohibetur venditio, donatio, permutatio, &c. in quibus dominium directum transferitur. Item in feudatio, hypotheca, emphyteus, locatio, & conductio ultra triennium. Et pignoratitio, in quibus transferitur dominium utile, seu jus in re.

849 Numine Ecclesie, veniunt ipsae Ecclesie proprie dictae, Monasteria Regularium utriusque sexus: insuper Confraternitates, Hospitales, Eremitaria, & pia loca, auctoritate tamen Episcopali fundata, de quibus num. 675. nam censetur loca Religiosa, & Ecclesiastica: minime Collegia, Confraternitates, & familiarum communitates, auctoritate Episcopi non fundatae. Illis igitur, non his alienatio interdicitur.

850 Res, quae alienari prohibentur, sunt bona immobilia, & mobilia pretiosa, quae servando fervari possunt.

Mobilia pretiosa, quae servando fervari possunt, sunt vasa aurea, argentea, vestes, ornamenta, gemmae, & generaliter omnia illa, quae fructificant, & triennio durant.

Vota argentea, quae seorsim, aut simul dictum valorem excedunt, non cadere sub prohibitione, probabilis putat Donat. tom. 1. p. 2. quest. 2. 4. cum Peregrino: quia haec vota solum convenient reddunt, ut suo voto satisfaciatur, & non ordinantur in aliquem usum Ecclesie, sed otiosa manent in testimonium gratiae acceptae: subdit tamen, quod tunc sit assensus Apoll. petere. Certum tamen est, reliquas oblationes, & vota, puta certae, etque mosynarum, &c. posse alienari sine assensu Apoll. uti cetera mobilia non pretiosa, quae servando fervari non possunt. Donat. cap. v. num. 924.

851 Mobilia, ut pretiosa dicantur, debere esse valoris centum aureorum, tenet Castropal. p. 2. disp. un. postea. 15. §. 1. n. 2. Sed rectius cum com. dico, tunc, & requiri, quod excedant valorem viginti quinque aureorum: & ita declarasse S. Cong. dicunt Nardus, & alii apud Donatum tom. 1. p. 2. 14. q. 48.

852 Sicutum aureum, licet crescere soleat,

aut decrescere, regulariter constituitur ex illis tredecim cum dimidio. Donatus citat. q. 37. Unde secundum hanc computationem constituitur Scuta triginta quatuor argentea monete Romanae, & fere triginta lex monete Siculae.

853 Mobilia igitur, quae non excedunt valorem viginti quinque aureorum, aut quae non durant triennio, sed usu consumuntur, ut sunt vitium, tricum, oleum, lana, & similia, non cadunt sub prohibitione, de qua loquimur, adeoque alienari possunt.

ALIENATIO RERUM PRAEDICTARUM PROHIBITA EST

854 Iure Canonico, ex pluribus iuribus, & maxime a Paulo II. in Extrav. Ambrosiae expeditas: cum moniter dicti Pauli, Concl. Tert. sess. 22. de reform. c. 11. Urb. VIII. Per Consil. de bonis Regularium non alienandis, & a Decr. Sac. Congr. ejusdem Urb. VIII. jussu edito, apud Donatum cit. 42. In quibus prohibetur alienatio supra explicata, sub prioribus paenis, nisi in certis casibus, & sub quibusdam solemnitatibus.

855 Casus, in quibus alienatio permittitur sunt illi, in quibus adest Ecclesiae necessitas, evidens utilitas, commoditas, aut pietas, Mendo verb. Alienatio n. 1.

856 Insuper, ut in praedictis casibus, & causis de num. 447. alienatio fiat, ex recentibus iuribus requiruntur solemnitates istae, videlicet: 1. Licentia, & auctoritas Praelati. 2. Tractatus, & consensus Capituli, seu communitatis, & subscriptio triguorum, saltem per Natarium. 3. Aprobatio, & licentia Summi Pontificis, seu Sacr. Congregat. Episcoporum, & Regularium. Praedictae quoque causae, puta evidens utilitas, &c. solum sunt motiva ad licentiam impetrandam: & consensus Apolliticus se habet, ut forma actus.

857 Patres Theatini habent privilegium alienandi bona immobilia de licentia sui Generalis, sine Sac. Congr. consensu. Mendo cit. n. 10.

858 Poena contra alienantes extra casus praedictos n. 847. aut sine recentibus solemnitatibus sunt quatuor. 1. Nullitas contractus. 2. Excommunicatio latae sententiae, tam contra alienantes, quam contra recipientes, quae non est reservata. 3. Interdictionum ab ingressu Ecclesiae, quoad Episcopos, & Abbates, & post sex menses addita est suspensio a regimine, & administratione. 4. Privatio iusto facto Praelaturae illius Ecclesiae, cuius bona alienantur: quae poena est pro Praelatis infir-

rio-

rioribus, puta Commendataris, Rectoribus, &c.

859 Dicta poena non incurritur a subditis, quia Extravagans loquitur de Praelatis, Beneficiariis, & administratorem habentibus. Insuper constat ex verbis Decreti Urb. VIII. jussu editi. *De proinde opere pretium putans illorum facultatem, aliquavatenus concessisse Speciali S. D. N. Iussu, Generalibus, & Provincialibus, Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, & quibusvisque aliis Superioribus Regularibus, & eiusdem Ordinis, &c.*

860 Nec incurritur ab ignorante, quia Bulla praesumptionem expolice. v. numer. 696. & tom. 2. num. 379. ex epia nullitate contractus: ex num. 155.

861 Casus, in sum. verb. Excommunic. cap. 75. in fine ait: *Quod hoc Decretum non est ubique receptum, & alicubi videtur receptum non totaliter, sed quoad aliquod, ita alii apud Donat. tom. 1. p. 2. r. 14. qu. 3. Item Barb. B. nac. & alii apud eundem dicunt, Extravagantem hanc receptam esse quoad nullitatem contractus, non vero quoad excommunicationem, & alias poenas.*

Et innum. quod sicut lex in nihil recepta, ad nihil obligat: ita lex in una sola parte recepta, quoad illam solum obligat. Unde volunt praxim esse consulendam.

862 Insuper Mendo in ept. cit. n. 1. ait, poenas in Extravaganti contentas, in Hispania non esse receptas.

863 Quarantia, & alii apud Donatum cit. dicunt, Extravagantem ubique, & quoad omnes sui partes esse receptam: solum vultu privationem Beneficii non incurri ante sententiam declarationem delicti.

864 Id certum est, recentitatem Paulinam fuisse pluries confirmatam, maxime per Sac. Cong. Concl. Decreta: ut in num. 854. Et praesertim in Italia observatam video.

865 Addit Donatus cit. n. 12. *Bene verum est, quod si Princeps scit, legem a se latam, & sufficiens publicatam, ab initio non fuisse in usum receptam, nec observatam, & per decennium sacer, sibi praedicta, & confertur, suam legem abrogat, quia ista incertumitas, & dissimulatio, est revocatio saltem virtualis.* Covarr. & Quaranta ubi sup. n. 137. 244. 245. & 255.

866 Consensus Apolliticus potest subsecuti conclusionem, seu contractum alienationis, dummodo tamen non tradatur antea possessio, quae si antea tradatur, poena incurrunt. Ex Declar. Clem. VIII. de anno 1599. Donatus cit. q. 26. Qui rite advertit, non obtare conditionem in contractu apotham, dummodo consensus Apolliticus impetretur, seu obtineatur: quia protestatio est

illudoria, & contraria facto: vide num. 842.

867 Tres possunt contingere casus, in quibus potest alienatio fieri ab eodem consensu Apollitico. Primo. Si res sit exigui valoris. Ex c. Terras, 12. quest. 2. Item dicitur, tres nobiles sint minus utiles, scilicet, heredes, onerosae, & plus incommo-datissae afferant, quam utilitatis, & si unitate affertur, est modica, hoc est, non excedit summam viginti quinque aureorum, uti supra.

868 Secundo. Si bona sint incognita, incerta, aut difficillime recuperationis, Clericali. 32. n. 16. ex Rota par. 2. recent. dec. 637. v. n. 852.

Quos si talis res inculta, aut sterilis, post alienationem, v. g. post emphyteum, sit facta fructifera, & redolca ad culturam: tunc, si tradat ad Ecclesiam, non potest de novo ultra triennium locari.

869 Tertio. Si urgeat summa necessitas, Papa consuli, & adiri non possit, & periculum sit in mora: vel si transferret occulto utilitatis, si expectaretur Papa consensus. Del Bene tom. 2. c. 17. num. 2. 162. Anr. a Spir. S. de priv. regul. n. 2. disp. 1. num. 162. Quia necessitas non habet legem, in l. 1. ff. de off. Proconsul. Hinc Donatus cit. q. 21. nu. 6. In Regularibus indigentibus victu, si non reperitur, qui credito illi tribuat, nec possint expectare Papa consensus, p. se alienare, pignoriare, aut pecunias ad cambium recipere: v. n. 894.

870 Eadem ratio, si grex peculium, boum, &c. sit in aliquo periculo vitae, aut destructionis, potest sine consensu Pontificis, de consensu tamen Capituli, alienari: ita tamen, ut grevis pretium contrahatur ad alium emendum, trans. hoc periculo: alias alienatio erit nulla: v. n. 884.

Parter posse Praetatum ex justa causa, & utilius, unam rem in aliam ejusdem Ecclesiae transmutare, puta ex calice vetusto, & Ecclesiam non necessario, facere Crucem necessariam, vel exholveto, aut sylva fere inutili facere vineam fructiferam: & de converso docet Anr. a Spir. S. de priv. regul. n. 2. disp. 1. num. 165. Del Bene tom. 2. c. 17. dub. 23. num. 11. cum aliis: v. n. 902.

871 Alienatio sine solemnitatibus facta rescindi potest tam ab Ecclesia, quam ab empore.

872 Qua rescissione facta, sunt ab empore retinendi fructus, utpote nulliter percepti, & omnia reduci debent in pristinum.

873 Praelati, aut alii, qui assumptione officii iure iumentum emittunt de non alienandis rebus Ecclesiae, seu Monasterii, solum non violant, si cum debita causa, & solemnita-

tibus alienent; quia ad alienationes indebitas & illicitas extendi intelligitur. Mendo *cit. n. 7.*

LOCATIO, ET CONDUCTIO ULTRA TRIENNIVM

874 **E**st prohibita. Hoc autem intelligi debet de teris, seu prœditis, quæ quotannis fructificant, seu folum iustum ferunt fructum. Ita Donatus *cit. q. 29.*

Qui proinde ait, in Luitania, ubi oliueta non quolibet anno, sed uno biennio iustum ferunt fructum, locari ad sex annos, ut sic conductores tres possint percipere fructus. Et ita poterit ad novem annos locari prædium, si singulis triennis fructi fiet; quia tunc unum triennium unico æquiualeat anno, & Extravagans respicit fructus triennales, minime temporis sparium sine fructu. Ita Donatus.

875 Locatio rei fructificantis singulis annis si fiat eodem per novem annos, est valida, & inde sustinetur per primum triennium: est autem invalida, & inde sustineri non potest per sequentes sex annos; quia lex irritativa solum quoad posteriores sex annos tali contractui resistit, minime quoad tres priores.

876 Quod si locatio fiat eodem tempore tribus personis, singulis per distinctum triennium, puta cum clausula, ut unus triennio finito, habeat locum locatio alterius, est illicita, & nulla, uti supra; quia est in fraudem legis, & reuera est per novennium.

877 Locatio facta per triennium, non potest prorogari, durante primo triennio, nisi conductor augeat mercedem; quia tunc ratio mercedis auctæ de novo, est nova, & diversa locatio. Elapso vero triennio, renovari potest, quia tunc est relocatio, seu distincta & diversa locatio ad triennium.

878 Quod dicitur de re stabili, dicendum etiam venit de redditibus, & fructibus ad Beneficia, aut ad Ecclesias spectantibus; quia lex prohibet omnem actum, per quem transferretur in re. Hinc non potest Beneficiarius concedere in emphyteusim fructus Beneficii vita durante: Et si ultra triennium locet, non tenetur successore frate locacione.

879 Bene verum est (subdit Donatus *cit. q. 44. n. 2.*) quod Clericus Beneficiarius possit usum fructuum rei Ecclesiasticæ concedere, cum sola obligatione dandi fructus committitur, & utilitate capiendi fructus, vita sua durante; per hanc enim concessionem non transferretur aliquod ius in re, sed Beneficiarius tenetur solum exhibere usufructuario commodatam percipiendi fructus. Quanta ver. alienatio, &c.

880 Illud certum est, concessionem rerum ultra triennium, & in emphyteusim, non prohiberi, sed fieri posse absque assensu Apostolico, tribus concurrentibus conditionibus, ut constet per exclusionem, que in ipsa prohibitione ab Extravagante fit in verbis: *Præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo consuetis, & cum Ecclesiis evidenti utilitate.*

881 Unde rite colligitur, licitam esse locacionem ultra triennium, ubi adit consuetudo præscripta. Mendo *cit. n. 2.*

882 PLURA DE ALIENATIONE RESOLVUNTUR.

883 **C**ertum est, quod loquendo de bonis patrimonialibus, etiam de illis, ad quorum titulum Clericus est ordinatus, possit Beneficiarius, aut Clericus, nedum ea ultra triennium locare, verum etiam alienare, vendendo, donando, &c. si aliunde habeat, unde vivat; quia prohibitio cadit supra bona communia Ecclesiæ. Et constat ex Trid. relato in *rom. 3. n. 48. & 62. Diana p. q. tract. 8. ref. 23. Mendo n. 2.*

884 Greges ovium, caprarum, &c. alienari non possunt sine causis, & solemnitatibus præscriptis; quia comparantur inter mobilia pretiosa, quæque immobilibus comparantur; quoniam servando servari possent, & eorum fructibus, quos quidem licite vendit, Ecclesiæ, seu Monasterium conservari. *v. n. 870.*

885 Libri, qui in Monasteriis conservantur, si excedant summam 25. aureorum, alienari non possunt sine licentia S. Congr.

886 *Quæ tamen conclusio (ait Donatus cit. q. 50.) limitatur. Primo, ut non procedat, quando libri paulatim venduntur, & in meliores, & utiliores committuntur, ex. sine exceptione 12. q. 2. Secundo, quando libri successivo venduntur, & inter unam, & aliam venditionem interponitur magna temporis mora; sicut enim supra minima in tali casu non consentur continuari, ita nec huiusmodi venditiones. Vide verb. Plura minuta supra. Item n. 895. & 934.*

887 Annuus census alienari non possunt absque assensu Pontificis, quia inter immobilia computantur; nam sunt constituti iuris rebus immobilibus, qui singulis annis fructificant.

888 Hinc annui census, & redditus dimitti non possunt, si contractus in suo robore manent, & non sunt rescisus; quia diminutio est species alienationis.

889 Si vero contractus fuit rescisus, & capitale fuit depositatum, & restitutum, tunc, si

Monasterium pro investitione non inveniat fundum, tot reddens redditus, quot primum; sed minores, pœta septem, aut quinque pro centum, quando primum reddebat decem; tunc licite potest investitio fieri pro minori, quia res tanti valet, quanti vendi potest, *leg. preta verum, ff. ad legem falcidiam. Item dicit, si tunc duo reperiantur fundi, unus reddens totidem, nempe decem, sed periculosa, alius reddens septem, aut quinque, sed secura, & tu investias super minori; quia geris utilius rem Ecclesiæ, & legantis; nam plus valet quinque, aut septem certa, quam decem periculosa, uti experientia comprobatur.*

890 Prælati, si repudiet legatum, aut hereditatem Monasterio relictam, non jam tamen adeptam, & acquisitam, non dicitur alienare, nec inde incurrit pœnas Extravagantis; licet possit ex alio titulo peccare, si sine iusta causa Monasterium us bonis acquisitis privet.

891 Ratio est, quia illa bona prohibentur alienari, quæ sunt Ecclesiæ, seu Monasterio incorporata, & actu ab eo possidentur; nam à recentibus iuris prohibentur alienari bona Ecclesiæ: at antequam sint incorporata, non dicuntur bona Ecclesiæ, sed dicuntur bona acquirenda, seu proxime acquirendia, non acquisita: *v. n. 1018.*

892 Quare recollenda sunt dicta infra, de iure, & dominio. Jus nanque est duplex, ad rem, & in re. Jus ad rem est dispositio ad rem acquirendam, unde est jus imperfectum, quod non tribuit dominium rei. Jus autem in re est jus quæsitum, ratione cuius illud habens dicitur acquisivisse dominium rei, & hoc dicitur adeptum, & incorporatum. Tunc autem quis dicitur habere jus in re, quando quis per aliquem actum ad dominium requisitum rem facit suam, puta per instrumentum adeptionis, per rei traditionem, per hereditatis aditionem, aut per acceptationem donatoris, & legati, ut distinctius in ver. *Dominii præscripti acquisitio.*

Cum igitur ante acceptationem bona donata, aut legata non sint incorporata, sequitur, quod Prælati illi repudiants, non dicitur alienare bona Monasterii, aut Ecclesiæ.

893 Pariter, si quis calicem pretiosum legasset, non possit Prælati, aut Rectori Ecclesiæ pro eo pecuniam accipere post calicis acceptationem, bene vero antea. Idem dicit de transactionibus, cessione litis, concordiis, &c.

894 Regulares [in casu consuetudinis legiti-

me præscripta, aut extrema necessitatis excepto, de quo in *numer. 869.*] nec possunt sit per bonis ad eorum Monasteria spectantibus census imponere, nec pecunias ad cambium, vel mutuo accipere cum solutione lucrifectantis, aut damni emergentis; ex Decr. S. Congr. iussu Urban. VIII. die 21. Maji 1629. apud Donatum *cit. q. 68.* quia sunt species alienationis, & modo eludendi mentem S. Congr. Unde vult, transgressores incurtere pœnas alienationum.

In qua re, Pelliz. de *Monialibus, cap. 6. nu. 29.* inquit.

1. Addo, quod si Monialis est mutuo recipiat mille aureos cum pacto solvendi quinqueviginti mutuantem, quotannis ex annuis redditibus ipsi Moniali ad vitam concessis; & hoc, utique dum restituarunt dicti mille, & inde tuto lucrifectantis, verum non dicitur alienare, nec incurrit pœnas lites contra alienantes bona Ecclesiastica: & ratio est, quod quando Sacra Congr. prohibuit, ne Regulares recipiant mutuo pecunias cum solutione lucrifectantis, vel damni emergentis, loquitur solum in casu, quo fundus, unde colligi debent annui redditus, obligetur, & ipse fundus sit Monasterii. Unde fiet, ut quavis in casu proposito de licentia domini obligaretur fundus à consanguineo Monialis adligentis ad solutionem præstata reddendum: non ideo interveniret præstata alienatio, nec incurreretur pœna lites contra alienantes bona Ecclesiastica. Ita Baldellus, Naldus, Bordonus, & alii doct. vi. ri à me consulti.

895 Religiosus autem, qui de licentia sui Superioris summam pecuniam mutuam accepit ad imprimendum suum librum, cum onere solvendi postea capitale, & lucrum cessans, ex pretio librorum post impressionem venditorum (idem dicit de Superiore, id faciente de licentia, & assensu Monasterii) non dicitur alienans, nec inde incurrit pœnas. 1. Quia nec tales libri, nec eorum pretium sunt incorporata Monasterio; non jam enim sunt in re, sed in spe remota.

2. Quia hi libri, postquam erunt impressi, non sunt conservandi, sed vendendi; sunt enim ex natura sua merces venales, sicut alii similes libri, adeoque non sunt de genere rerum immobilium, aut mobiliu pretiosorum, quæ servando servari possunt, de quibus loquitur Extravagans. 3. Quia eorum pretium est pecunia, quæ non est prohibita distrahi, iuxta dicta in n. 906. v. n. 885.

896 Si testator bona stabilia Monasterio reliquit cum onere ea in totum, aut partem

tem alienandi, vendendi, &c. ad satisfaciendum suis creditoribus, ad legata exteris solvenda, &c. non incurrit poenas Prælati alienans, nec peccat; imò alienare tenetur maxime ad satisfaciendum debito iustitiae, quod testatorem ligabat. Quia ex una parte ultra voluntas testatoris est omnibus modis servanda, cap. ult. 4. 12. quest. 2. Nec jura præmissa sunt edita contra testatorem. Et quilibet in traditione rei, etiam Ecclesie facta, potest adiacere pacta, que vult, c. *Vtrum de condit. apposte.* Ex alia parte res ad legatarium, aut heredem transiit cum suo onere, quod super illam testator habebat. Unde recitata alienationes non sunt voluntariae, sed necessariae; præfata autem jura solum alienationes voluntarias comprehendunt, minime necessariae.

Hæc ratio non prohibet alienatio: imò est debita, si res iniuste detineatur: item, si res sit simul, indivisum tamen, sub dominio Monasterii, & alicujus secularis, qui illam vendere vult; quia tunc alienatio est necessaria Monasterii, non voluntaria.

897 Res Monasterio relicta sub conditione, quod non possit alienari, & in casu alienationis pertineat ad aliud Monasterium, aut ad tertiam personam, non potest alienari, quin ad aliud Monasterium designatum pertineat; sequitur ex dictis. Ita Donatus cit. q. 82.

898 Qui tamen addit, quod mobile pretiosum relictum Monasterio ad certum finem, cum sola obligatione non alienandi, alienari potest (causa existente, & solemnitate) ut ejus pretium applicetur in emptionem rei utilioris, aut si cessat finis, pro quo fuit relictum, quia cessante fine, cessat lex, c. *cum cessante, de appell.* Ita Donatus q. 82.

899 Moniales non possunt sine causa, & solemnitate alienare bona Monasterii, nec ipsarum dotes; quia dotes inter mobilia numerantur: & debent in emptionem stabilium applicari. Ex Dec. Sac. Congr. Donatus tom. 1. p. 2. q. 152. n. 9. *Vtrum video* (ait Mendo n. 8.) *consuetudine ratiſſimum in pluribus Monasteriis, quod infirmo ante in ſolvendis debitis, & in ſatisfactionem illorum.*

900 Item nec possunt alienare etiam de hereditate Superioris annuum usum private Monialis: concessum de bonis Monasterii, quia jus percipiendi singulis annis certam summam pecunie, est usus juris, qui inter mobilia computatur. Si autem Monialis non concedat alicui annuum usum talis boni, sed pro se retineat, singulis tamen annis præcise remittat illi fructus, non erit alienatio, sed potius elec-

moysina, si ille erit consanguineus pauper; quia hoc pacto non transfert usum juris, sed usum facti, qui ab usu juris distinguitur: Ex *Clement. Exivi, de verb. signif.* & inter mobilia computatur. In priori autem casu (ut doctè ponderat Bord. ref. 126. n. 40.) fit unica remissio pro futuris annis, quod est cessio futuris; & ideo alienatio.

901 Bona immobilia relicta Monasterio incapaci, cuiusmodi sunt Monasteria Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci, Reformatorum, Capucinatorum, & Clericorum Regularium, qui quædam neque in communi possident, non comprehenduntur sub Extravaganti, & Decretis: Sed possunt, imò debent ea vendere. aut cum heredibus secomponere, eorum pretium semel solvendum accipiendo, & in necessitatem, ac utilitatem Monasterii expendendo.

902 Consultat ex Bulla Clem. VII. Nuper 27. Novembris 1526. quæ id concedit nostro Ordini de Observantia.

903 Et Ex Dec. Sac. Congr. Canc. pro Clericis Regularibus apud Donatum cit. q. 67. Hi nanque exposuerunt, qualiter Panormi quodam prædium stabile, vulgo dictum *la Ficcarazzi*, ipsis relictum, non jam alienatum fuerit: ac inde petierunt declarari, illud non comprehendi sub prohibitione de non alienandis rebus Monasterii, protestantes se velle proprium observare institutum, quod prohibet bona immobilia possidere animo ea retinendi. Quia exposita supplicatione,

Sacra Congr. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum censuit; Religionem Clericorum Regularium Theatinarum, quando institutum superius propositum retineat quoad bona immobilia, non comprehendi in prohibitione super edita de rebus Ecclesie non alienandis. Cosinus Card. de Torres. Prosper Fagnanus Sacr. Congr. Secr.

904 Ratio est, ut doctè ait Donatus cit. quia hæc bona non sunt Monasterio incorporata, & incapacitate ejusdem, ex *Clem. Exi, de verb. signif.* v. n. 891.

905 Eorum autem mobilia pretiosa, ut Calices, Vasa sacra, &c. sub dictis prohibitionibus cadunt; quia hæc censentur incorporata, & Divino Cultui applicata.

P E C U N I A

906 **E**st mobilis, sed non mobile pretiosum; unde in quavis quantitate fit quantum est ex se, non est prohibita alienari. Mobile nanque, ut pretiosum dicitur, tria debet habere. 1. Ut valeat ultra viginti quinque annos. 2. Ut servatorem servari possit.

fit. 3. Usus fructifera. Pretiosum nanque dicitur, quod servatorem servari potest cum fructu; & quidem pretiosum magis dicitur ex fructu, & utilitate, quam asserto, quam ex sola peritiositate.

907 Pecunia vero, licet possit habere primum, non habet reliqua duo; nam non potest commode conservari; imò ex sui natura non habet conservari, sed destrui, [rectè ait Donat. cit. q. 51.] Non enim datur, & accipitur, ut conservetur, sed ut in aliud commutetur; etenim vult inventa ad commutationes rerum faciendas. Unde vult non distinguitur à pecunia, sed est constitutum firmale pecunie; argentum vero, aut aurum, est purum materiale. Hæc D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. ait: *Quod sicut usus vini est bibi, ita & usus pecunie est alienatio, seu distractio, & sicut vinum consumitur per ejusdem usum, nempe per lybibi, ita & pecunia per ly alienari.*

908 Denique non est fructifera, ut constat ex dicendis de usura; nam *nummus non parit nummum*, cap. *Eticiens, disc. 88. in fine.* Et hæc est ratio, cur, si ex pecunia mutuo data aliquid accipitur, usura committitur.

909 Ex dictis concluditur cum Donato cit. Primo, quod si fructus Beneficii consistant in pecunia numerata, potest illa Beneficium expendere absque eo, quod incurrat poenas Extravaganti.

910 Secundo, quod pecunia ex bonis Monasterii exacta possunt expendi, aut investiri, & alienari per emptionem alicujus stabili fructiferi sine licentia Papæ. Imò possunt mutuo tradi, aut elemosinaliter elargiri, expendi, & consumi, quia sunt fructus; & sic Ecclesia potest de illis disponere, sicut de aliis fructibus. Tertio, quod legatur omnium bonorum mobilium domus comprehendit pecunias existentes in capsa domus ipsius legantis. Ita Donat. cit.

Q U Æ R E S I.

911 *An assensus Apostolicus ex lapsu longissimi temporis presumatur intercessisse in alienatione?*

Lapsus decem annorum dicitur longi temporis; lapsus vero triginta, aut quadraginta annorum, dicitur longissimi temporis, in 16. q. 3. *Cod. jubemus, l. fin. Cod. de prescriptione longi temporis*, Donatus tom. 1. p. 1. q. 10. n. 2. Hoc præmissis,

912 Resp. cum distinctione: Vel enim in instrumento alienationis nulla fit mentio de assensu Apostolico; Et tunc ex lapsu longissimi temporis, puta triginta aut quadraginta annorum, præsumitur. Donatus tom. 1. p. 2. q. 28. *ex pervenit q. de empt. & vend.* Ubi habetur:

Quod triginta annis constante illorum matrimonio, donum ipsam bona fide, et iudice iusto possedit. Et ita in similibus tempor Rot. Rom. iudiciale, ait Quaranta apud Donatum cit. Item dicendum est de primis ibidem solemnitate intrinsecis, aut extrinsecis.

913 Semper autem requiritur bona fides: *Quoniam nulla antiqua diemum possessio vigilat aliquam mala fidei possessorem. Ita in c. vigilanti de prescript.*

914 Vel in istum onto alienationis appareat facta mentio de assensu Apostolico impetrando, puta si dicitur: *Salvo assensu Apostolico impetrando.*

Et tunc Navar. Capye. Gramm. & alii Doctores apud Donat. cit. q. 29. docent præsumi, ex c. *cum sicut 17. de sent. & re iudicata*, ubi dicitur: *Presumunt debent omnino legitime præsumisse.*

915 At Matthans de Afthensis apud eundem tenet, solemnitates extrinsecas præsumi, si earum defectus nunquam fuit allegatus; si autem fuit allegatus, non præsumi, led debere plene probari.

916 Hoc autem docet expresse in casu, quo agitur de præiudicio tertii. Cum igitur ex recensita clausula constet, non intervenisse in confessione contractus assensum Apostolicum, sumus in causa de præiudicio Ecclesie; & pars altera neget assensum intervenisse, sequitur, quod debeat probari.

917 Donatus cit. p. 3. refert ex Vilagur, ita fuisse decisum in Sacro Consilio Neapol. in duabus causis, in quibus ex recensita clausula: *Salvo assensu impetrando*, constabat, in contractu non intervenisse assensum, non obitate quod in una clausula erat à die contractus tempus 48. annorum; & in alia annorum 52. cum adducta presumptione, quod deperdita fuerit scriptura de assensu, ob improvitam emptoris mortem, & ex eo, quod fuissent inquit ablatae quamplures scripture; hoc, inquam, non obstante fuerunt recitatis contractus alienationis, & restituta bona.

Recole dicta de Prescriptione.

Q U Æ R E S II.

918 *An pecunia Monasterii possit alienari sine assensu Apostolico?*

Pecunia potest pluribus modis figurari. Ita varia est resolutio.

919 Primo. Si pecunia in magna summa [ut supponitur] est relicta cum potestate distrahendi, potest alienari, & consumi sine assensu Apostolico, ut constat ex dictis *nom. 906. & 896.*

920 Secundo. Si est relicta cum obli-

gatione emendi rem stabilem, aut eam investendi super re stabili ad censum annuum percipiendum, seu ad fructificandum, alienari, seu consumi non potest; quia quavis pecunia ex se, nec immobilis sit, nec mobile pretiosum, ex dictis a. n. 906. ut destinata tamen ad emptionem rei immobilis, immobilis censetur, & pariter ut destinata ad emptionem mobilis pretiosi, mobile pretiosum reputatur, ac proinde non potest alienari, & consumi sine assensu Apostolico.

921 Tertio. Si pecunia fit recepta ex venditione alicujus stabilis Monasterii, debet in emptionem alterius rei stabilis applicari.

922 Quarto. Si pecunia sit collocata in Montibus, data ad censum, ad cambiam, &c. non potest alienari, & consumi; quia est fructifera, & inter immobilia computatur; nam pecunia fit applicata pariter exigendi quotannis certam pecuniam summam, quod jus rei immobili comparatur, Donatus cit. q. 52. n. 5. Bonac. & alii apud ipsum.

923 Ex quo fit, quod pecunia destinata ad emendum annuum censum super re stabili, si debitus diligentis adhibitis non appareat spes de proximo eam sic investendi, possit dari ad cambiam, aut alium contractum licitum, utqueo opportunitas sic investendi reperitur, ita tamen, ut quotannis fructificet, pecunia capitali semper assicetur. Huic mee sententiae potiori jure adhaeret Bordonus, qui ad plus se extendit, ut modo in n. 925.

1. Quia haec non est alienatio, nec consumptio, sed applicatio pecuniae ad fructificandum in bonum Monasterii, quo alias privaretur.

2. Ex rationabiliter praesumpta, imo ex moraliter certa voluntate testatoris; certum namque est, quod testator pecuniam reliquit ad fructificandum, non ut otiosa conservetur, qualis maneret, si diu, & sine spe eam super re stabili investendi, retineret in capsula; tunc autem non esset fructifera, sed otiosa maneret, si uno ex praefatis modis non applicaretur; adeoque tali applicationi accedit rationabiliter praesumpta, imo moraliter certa testatoris, fide donantis voluntas.

3. Quia pecunia diu retenta in capsula sine spe applicationis, nec esset immobilis, nec mobilis pretiosa, ex dictis a. n. 906. Praefato autem modo applicata, esset immobilis, & fructifera; sequitur ex dictis n. 922. quia pariter jus exigendi quotannis certam pecuniam summam, videlicet prioribus annis per appli-

cationem, v. g. ad cambiam, & sequentibus vero annis, investitione super re stabili facta, per talem investitionem. Insuper prioribus annis satisfaceret dispositioni testatoris per equivalenciam, & ex ejusdem voluntate praesumpta.

924 Quinto. Si pecunia non sit de deputatis ad fructum, sed retineatur conservata pro futura necessitate Monasterii, reputatur inter immobilia; & cum sit in proprietate Monasterii, non potest sine solemnitatibus alienari, Donat. cit. q. 52. n. 4.

Pecunia igitur ista, conservata pro futura necessitate Monasterii, aut destinata ad emptionem stabilium, ut supra in n. 920. & 921. quae potest de proximo ad id applicari, non potest distrahi, dari ad mutuum, ad cambiam, aut alio modo alienari, ut probatum est, Donatus cit. q. 53.

925 Contra Bordonum ref. 27. n. 11. quia affirmat, posse, ob rationem conceptus pecuniae: de n. 906. ad 908. Primo, videlicet, quia talis pecunia, nec est de immobilibus, nec de mobilibus pretiosis, ut in cit. locis; & sic non cadit sub prohibitione. Secundo, quia in tantum dicta pecunia dicitur prohibita alienari, in quantum refertur ad emptionem stabilium, ad quae est destinata, ita ut, si non esset ad ea destinata, non prohiberetur alienari; haec autem destinatio, & ordinatio non obstat, quia jura prohibent alienationem acquisitionum ab Ecclesia, minime acquirendorum, ut constat ex n. 890. ad 893. Ita discurrit Bordon. qui subdit pecuniam consignatam in Banco S. Ambrosii Mediolani posse extrahi, & distrahi, non obstante Extravag. & Decreto: cuius ratio est,

Quia pecunia exposita negotiationi per contractum societatis, & finito negotio, seu tempore praefixo restituta, potest distrahi, hi, cum hujusmodi pecunia sic exposita non habeat perpetuitatem in fructificando; unde una ex conditionibus est, ut non possit fieri pactum, falso capitali, ex Sixto V. Constit. 45. *Distrahibilis*, quam extendit Nald. *ver. Societas*. Sed Bancum dictum sic negotiatur per contractum Societatis; ergo hujusmodi pecunia distrahi potest, sicut si daretur particulari personae; & eo magis, cum possit repeti ad arbitrium reponentis, & sic patet, multum discrepare a censu, cujus pecuniam repeti non potest, sed tantum accipi, quando offertur ab eo, qui censum vendidit, & in sensu adest perpetuitas, quae non in Banco. Tum quia, sicut voluntarie reposita sita fuit lucro, ita illo expolari potest

per

per repetitionem, quod Bancum negare non potest; ac proinde tunc amittit rationem rei pretiosae, cum non amplius dicatur fructifera ex conditione ipsius contractus, & sic nulla est secunda ratio in contractum adducta.

926 Sexto. Pecunia restituta Monasterio ex extinctione alicujus censui, non necessaria debet applicari ad alium censum; sed potest applicari ad emptionem alicujus stabilis fructiferi, puta domus, praedii, &c. quia talis applicatio est utilior Ecclesiae, nam per eam acquiritur dominium proprietatis rei, & fit tutior; per emptionem autem census solum fit domina juris ad exigendum annuum censum, qui non est tam tutus, sicut res stabili.

927 Item potest investiri in redemptionem aliorum censuum ejusdem Ecclesiae; quia haec redemptio non est alienatio, sed restitutio prioris alienationis; quae est utilior Ecclesiae, cujus patrimonium antea diminutum, per eam augetur. Donatus cit. q. 74.

Qui subdit: *Nec obviatur, quod sicut non licet sine beneficio Sedis accipere pecunias ad censum pro extinctione priorum censuum, quamvis fructus qui ex re percipiuntur, inferiores sint, quam census, qui solvantur, Novat. 3. par. sicut de alienat. n. 10. & 2. par. ed. tit. n. 4. ita non licet pecuniam restitutam, in redemptionem praedictam implicare; nam aliud est, pecunias accipere, & pro illis censibus annuis vendere super bonis Ecclesiae, aut constitutos alios census redimere, & aliud, restitutas pecunias, quae Ecclesiae sunt, in redemptionem censuum involvere: illud nunquam est vendere, & alienare voluntarie; hoc vero est redimere, & vendere, quod est acquirere, & meliorare; & à diversis non fit illatio.*

QUERES III.

928 Reponitur casus imminet reparandi domum Ecclesiae, quae ruinam minatur; Praefatus sem in illas alias habet pecunias, nisi quandovis summam super bonis stabilibus, investendam. An possit eam pro reparatione talis domus infumere?

Resp. posse, Bord. ref. 126. num. 22. Donatus cit. q. 75. quia haec applicatio est aequivalens investitioni: ejusdem pecuniae super re stabili, nempe domo; nam ex ejus ruina cessaret Monasterio annuus fructus ex illa, qui tamen reparatur, & perseverat per applicationem dictae summam ad reparandam ejus ruinam. Tum quia haec non est alienatio, nam non est translatio pecuniae in tertiam personam, sed est applicatio ejus in fabricam ad idem Monasterium spectantem. Item ex

Examen Ecclesiast.

dictis n. 896. Jura prohibent voluntarias, minime necessarias alienationes.

929 Et ut docet innot. Bord. cit. *Con. leges, & decreta fundentur in ratione, & iustitia, non obliquo, nec locum habent, quando ex causa observantia sequeretur aliquod damnum, quod intenditur praevocare.* Et quidem in re nostra fuit Extravagans prohibens omnem alienationem bonorum Ecclesiae, & Monasteriorum (ut constat ab eam legenti) fuit servare indemniam Ecclesiam, & Monasteria, pro divini cultus conservatione, & pro Clericorum, ac Religiosorum interventum congrua, & honesta sustentatione: v. n. 938.

QUERES IV.

930 An mobilia pretiosa, puta lampades, vascula argentea, &c. possint sine assensu Apostolico alienari, ut eorum pretium in fabricam Monasterii convertatur?

Negat (consuetudine seculi) Bonac. de alienat. dist. 2. q. 20. punct. 2. n. 30. quia mobilia pretiosa expressè comprehenduntur in Extrav.

931 Affirmat Riccius apud Bonap. *com. 1. p. 2. q. 15.* quia haec non est proprie alienatio, cum non transferatur dominium ad extraneam personam, sed è converso de uno in alium usum ejusdem Monasterii, apud quod dominium remanet.

932 At recte Donatus n. 2. subdit: *Veruntamen illic Riccius loquitur de lampadibus superfluis, quae ab una Ecclesia ad alteram venduntur, vel commutantur, ob superfluitatem; quas alienationes, vel commutationes, inter Ecclesias factas, voluit non comprehendere sub dispositione dist. Extravag. de qua re dico infra; & additur, quod d. Paulinus loquitur de necessariis, & de usui Ecclesiastico dictis, non autem de superfluis; quae otiosa manent: v. n. 850.*

933 Hic facit, quod ex Port. innuit Pelliz. de Monialib. cap. 7. n. 29. *Non concedit tamen Port. p. 1. ref. mor. casus 7. num. 5. quod si licui Conventui Monialium ex legato relinquatur bibliotheca librorum latinorum, ea abique licentia Sedis Apostolicae possit ab illis alienari, ejus pretio applicato in bonis fructiferis emendandis; sicque in Regno Portugaliae in facti contingentea desum fuisse à Collectore Apostolico; & quidem non per modum dispensationis, sed per modum rationabilis declarationis in eo fundatae, quod bibliotheca librorum latinorum est omnino inutilis Monialibus, ideoque cesset*

G

finis

938 finis legis veteris alienationem bonorum Ecclesiasticorum. Ita Portell. addens, eodem modo sine licentia Sedis Apostolicæ potuisse vendi quosdam pannos pretiosos Monasterio cuidam Monialium relictos pro ornatu parietum, qui erant Conventui omnino inutiliter, & ex vetustate iam corrumpi incipientes. 934 Denique Ant. à Spir. S. de privilegiis. tr. 2. disp. 2. non. 166. quamvis id negat de lampadibus argenteis, quæ sunt immediate ad usum Ecclesiæ, id concedit de arboribus, nimirum, quod possunt incidit ad reparationem Ecclesiæ materialis, si urgeat necessitas, & aliunde non addit pecunia.

Q U E R E S V

935 An si Monasterium gravetur debitis, possit Prælati sine assensu Apostolico bona Monasterii alienare ad satisfaciendum creditoribus?

R. Respondet perdoctæ Quaranta apud Donatum §. 71. cum distinctione. Vel Superior vult rem Monasterii alienare, seu vendere ex se ad satisfaciendum creditoribus, vel id vult ad creditorum instantiam. Si primum, non potest sine assensu Apostolico, quia est alienatio voluntaria.

936 Siftendum, potest ex dictis n. 896 quia est alienatio necessaria. Sed tunc antequam deveniat ad venditionem rei, aut altijus census extinctionem, debent spectari conditiones concurrere, & observari. 1. Quod debitum fuerit legitime à Monasterio contractum. 2. Quod creditorum instantia siturgens. 3. Quod Monasterium non habeat fructus, quibus satisfacere possit. 4. Quod creditor non sit contentus pignore, aut det tempus, tunc namque licitè est oppignoratio. 5. Quod satisfactio non possit fieri per bona mobilia. 6. Quod illa res vendatur, quæ est minus damnosa. v. n. 925. 7. Quod fiat cum autoritate iudicis Ecclesiastici.

Q U E R E S VI

937 An hypotheca generalis, seu obligatio generalis omnium bonorum Monasterii cadat sub prohibitione alienationis?

H. Hypotheca à pignore differt per hoc, quod hypotheca est obligatio rei immobilis, pignus vero rei mobilis.

Cadere sub prohibitione, & fieri non posse sine assensu Apostolico, tenet Donat. cit. §. 67. num. 1. Quia in Extravaganti, & Decreto prohibetur hypotheca, seu oppignoratio absolute, nulla facta restrictione, adeoque prohibetur non solum specialis, verum etiam generalis.

938 Respondeo, non cadere sub prohibitione, sed licite fieri posse sine assensu Apostolico hypothecam, seu obligationem generalem omnium bonorum Monasterii, sed solum prohiberi hypothecam specialem. Bord. ref. 27. n. 13. ref. 126. n. 47. Mendo in epit. v. Alienatio, n. 3. Pirhing. in comp. lib. 2. tit. 13. sect. 5. 1. Fagnan. in lib. 2. Decr. cap. nulli licet §. de reb. Eccl. non alien. nu. 36. Probatur r. Ex cap. Nulli §. de reb. Eccl. non alien. ubi prohibetur hypotheca specialis, unde non debet fieri extensio ad generalem; eo maxime, quia Extrav. & Decr. non opponitur juri communi; & ita est dicendum; ne videantur jura discrepare; nam expedit iuribus concordare, cap. 29. de elect. in 6. 2. Quia alia Regularis cum nullo contrahere possent; quia in omni contractu apponitur clausula obligatoria bonorum, & sic contractus clauduntur. 3. Quia alias Monasterii pauperibus secleretis modus vivendi; nam creditores non invenirent.

939 Denique Fagnanus cit. n. 23. resolutionem firmat, ut sequitur. *Demum hanc sententiam probavit in responsis S. Congr. C. in contrariis Regularium: Nam propositis dubiis, An in prohibitione super edita de reb. Regularium non alienandis comprehendatur generalis hypotheca, necne? S. Congr. censuit non comprehendendi.*

Q U E R E S VII

940 An Monasterium possit emere aliquid stabile cum onere sub vendi alicui annuum censum?

R. Elp. postea, Donatus cit. §. 76. quia hæc non est alienatio, sed acquisitio stabilis. Pro eo autem onere nulla debet hypotheca, seu obligatio fieri super bonis Monasterii; sed solum res illa obligari debet, quæ est subiecta censui.

Q U E R E S VIII

941 An arborum incisio, & excisorum venditio sit alienatio, quæ fieri non possit sine assensu Apostolico?

P. Ro claritate sunt certa dividenda ab incertis.

Et quidem certum est, eam, quæ radices non emittit, arborem dici non posse.

Arbores autem sunt diversæ generis. Aliæ namque sunt frugiferae, & feraces; quæ reddunt fructus, vel naturales, quales sunt, quæ ex natura sua absque hominis industria fructus producant, ut poma, fici, &c. vel industriales, quales sunt, quæ sine hominis industria non reddunt fructus, ut vites, & olive in ordine ad vinum, & oleum.

Et

942 Et quidem hæc sine iusta causa cadens peccat mortaliter, & tanquam latro puniatur. Insuper earum incisionem esse alienationem, & sine assensu Apostolico fieri non posse, est certum; quia hæc arbores cedunt solo, sunt destinata ad fructum annuum, & subiecta fundi sit notabiliter deterior, si incisio sit in magna quantitate. Tum quia incisio arborum æquiparatur demolitioni domorum.

943 Unde non incurreret penas. 1. qui cæderet in parva materia, puta duas, vel tres arbores.

944 2. Si incisio fieret, in quantum arbores sunt vetustæ, ac inutiliter, atque inde indigent renovari, ut sunt vites vetustæ; malus, arantia vetus, &c. & loco eorum alie plantentur. Vel si arbores essent nimis densæ, & opacæ; quia densitas, & opacitas, sua umbra impedit, & nocet fructibus. unde tunc cretio esset licita, quia ex ea fundus fieret fructuosior.

945 3. Si arbores sint fructiferae, sed cadunt tales solent esse arbores Nucum, Castaneorum, & Glantium, &c. hæc namque sunt duplicis generis, alie sunt primario destinata ad fructus Nucum, Castaneorum, & Glantium, &c. & earum alienatio cadit sub prohibitione, iuxta dicta n. 941.

Alie sunt primario destinata ad cætionem, ut fructificent in ratione ligni, & harum alienatio non cadit sub prohibitione; quia hæc arbores per incisionem sunt in fructu, & fructus non prohibentur alienari.

946 Firmatur ex decis. Rotæ Rom. quam refert Donatus §. 69. quia determinatur. *Quod ad incrementum facias Extravagantis requiritur, non solum quod incisio arborum sit in magna quantitate, & quod arbores sint destinata ad fructum fructum annuum, & quod non sint cadentes sed etiam requiritur, quod deterioratio fundi sit notabilis.*

947 Alie arbores non sunt fructiferae, nec feraces, ut Ulmus, & Fraxinus, Platanus, Populus, Salix &c.

948 Ex his, quamplures sunt cædunt, quæ scilicet inservunt, ut cædantur, quæque per incisionem, sunt in fructu, & veniuntur, adeoque per earum incisionem fundus non deterioratur, sed melioratur, & est in pretio huiusmodi fuit arundinetum; arbores sylvæ cædunt, nemoris, &c.

949 Horum arborum infructiferarum, aut cæduarum incisio, & excisarum venditio non est prohibita, Donat. cit. qu. 69. Bord. ref. 27. n. 14. & 18. & decis. 52.

Non quidem incisio; quia jura incisionem,

& alienationem arborum, utilium prohibent, minime inutilium; aut damnificantium; recentis earum incisionem esse alienationem, & sine assensu Apostolico fieri non posse, est certum; quia hæc arbores cedunt solo, sunt destinata ad fructum annuum, & subiecta fundi sit notabiliter deterior, si incisio sit in magna quantitate. Tum quia incisio arborum æquiparatur demolitioni domorum.

Non est prohibita earundem arborum excisurarum venditio; quia arbores excisæ non sunt arbores, sed ligna, & fructus sylvæ, ac nemoris; fructus autem non prohibentur alienari: v. n. 934.

Q U E R E S IX

950 An possit Prælati Regularis bona unius Monasterii devoti in aliud transferre?

R. Elp. non posse, quamvis aliud Monasterium sit illi subiecta, Donatus §. 84. quia translatio est alienatio, per quam transferitur dominium directum, aut utile, sed usufructus.

951 Probabile autem est id, quod docet Ant. à Spir. S. tom. 3. de priv. regul. tr. 2. disp. n. 133. Quod possit Provincialis de consensu Capituli, seu communitatis Conventus, dare libros aliquos superfluos unius Conventus alteri Conventui ejusdem Provincie, cuius Bibliotheca de novo incipit. Nam sic dicitur episcopa.

952 Certum tamen est, quod possit mobilia pertinetia Monasterii accommodare ad breve tempus; quia per accommodationem non transfertur dominium.

Q U E R E S X

953 Quid dicendum de subditis?

C. Errum est, quod si unus Religiosus donec mobile pretiosum alteri Religioso ejusdem Monasterii, non incurrat penas alienationis, licet peccare possit contra pauperitatem, iuxta dicta de paup. Religi. Quia dominium non transierit de Monasterio, sed residet vices idem Monasterium, & solum transfertur usus de fratre in fratrem.

954 Difficultas est, si donet Religioso alterius Monasterii ejusdem Provincie, aut Religiosis.

Non incurrere penas alienationis, teneo cum Ant. à Spir. S. de priv. Regul. tr. 2. disp. 1. n. 169. Riccio, Tamb. & Del Bene tom. 2. cap. 17. dub. 13. n. 15.

955 Ratio eorum est, quia Extravagans & Decretum prohibent alienationem, ne bona Ecclesiæ auferantur ab Ecclesiâ; materialiter autem se habet, & parum refert, quod bona sint unius, vel alterius Ecclesiæ, dummodo.

G. 2.

modo sint Ecclesæ. Ita contingit in casu; quia licet Religiosus det Religioso alterius Monasterii, aut Provinciæ, sed eisdem Religiosis, bona donata vere sunt sub dominio Ecclesiæ, dum non donat secularibus.

956 Hac ratione Bord. ref. 23. n. 3. docet bona unius Ecclesiæ possit commutari cum bonis alterius Ecclesiæ.

957 At hæc ratio nimis probat; probat enim Prælatum posse sine assensu Apostolico bona unius Monasterii divitis in aliud transferre, absque eo, quod incurrat penas alienationis; quod negatum est supra in num. 950. Item quod Religiosus donare possit Religioso alterius Religiosis, absque eo, quod incurrat penas Extrav. quod negant relati Doctores; quia adhuc bona donata non essent donata secularibus, sed essent vere sub dominio Ecclesiæ, & ad usus pauperum, nempe Religiosorum.

958 Finis igitur Extravagantis, & Decreti, non fuit indemnitas Ecclesiæ in communi acceptæ, sed indemnitas singularum Ecclesiarum, & Monasteriorum in particulari, fuit enim finis conservatio divini cultus in singulis Ecclesiis, & congruæ sustentationis Religiosorum, & pauperum Christi in singulis Monasteriis; & hæc de causa in singulis bonorum alienationem prohibuit, ut constat ex num. 920. qui finis non servaretur, si bona unius Monasterii possent in aliud etiam ejusdem Provinciæ & Ordinis alienari, sed potius esset unum Altare spoliare ad aliud, versusiendum.

959 Hac ratione prohibitam dico permutationem de n. 956. quia est species alienationis, cum per eam transferatur dominium, Quaranta apud Donatum quest. 85. num. 4.

960 Retio ergo, cur Religiosus donans mobile pretiosum Religioso alterius Monasterii, non incurrat penas Extravag. & Decreti contra alienantes, est, quia dictæ penæ non incuruntur à subditis, sed à Superioribus, ut in num. 879. An autem peccat contra paupertatem, & incurrat penas maneræ largientium, constat infra v. n. 1071.

QUÆRES XI.

961 An capellæ, & sepultura possint alienari sine assensu Apostolico?

Pramittendum omnino est, capellam, & sepulturam esse locum sacrum: ex num. 626. adeoque ratione spiritualitatis annexæ vendi non posse sine labe simoniæ. Eadem ratio in cap. Abolende 12. sepeli. prohibet

betur vendi laico jure funeris in sepulchro; videlicet sepeliendi in eo se se, suoque successores, & impediendi, ne alii sepellantur in illo.

962 Et licet vasa sacra ratione materiæ possint vendi absque simoniæ labe, non sic sepultura; quia licet ratione materiæ, nempe terræ, sit quid temporale, prohibetur vendi jure positivo, ex cap. cit. Abolende, ubi, qui sic vendunt, reprehenduntur: *Quid terra terram vendit? momento quod terra est, & in terram ibis.*

963 Quia tamen usus communis est, ut capellæ, & sepultura vendantur cum jure funerandi, uti supra, est omnino quærendum caput talem venditionem & emptionem justificandi à simoniæ labe.

964 Portellus part. 2. ref. 20. num. 2. ait: *Dico, sepulturam vendi posse, quatenus terra est, seu materia sepulturae, non vero id, quod illi inest, sacrum, seu benedictum.* Tenet expresse Suarez tom. 12. de Reliq. l. 4. de simonia cap. 12. n. 6. ad 87. Qui adducunt 92. ritum de calice, & oleo Chrismatis: quæ majorem habent consecrationem, & tamen vendi possunt ratione materiæ argenti, & electi. Ita illi.

Item Donatus q. 79. n. 9. refert auctoritatem D. Th. in 4. dist. 25. qu. 3. art. 3. in resp. ad secundam, quæ est: *Venditio sepulturae potest intelligi dupliciter; uno modo, quod vendatur terra sacra pro sepultura, & de hoc est similia ratio, ac de venditione sacrorum vasorum; quia cæmeterium consecratum potest vendi ratione terre in necessitate Ecclesiæ, sicut & calix ratione materiæ, non autem potest vendi ratione consecrationis.*

Quibus favet Peyr. apud Donatum cit. n. 10. dicens, rigorem Canonis cap. Abolende, fuisse forte contra consuetudinem abrogatum. Ita illi.

965 Non est autem despiciendus Scotus apud Donatum quest. 79. qui tenet, & esse vendi, & pretium accipi non ratione spiritualitatis, sed ratione loci honoratioris; non ob respectum ad quid spirituale, quatenus, verbi gratia, ibi Evangelium canitur, sed ob respectum ad situm, quatenus, & pompa sunt quid temporale, & pretio æstimabile.

966 Attamen tutius, & rectius est dicere pretium dari, & accipi pro reparatione, & consecratione Ecclesiæ, aut pro sustentatione Ministrorum Ecclesiæ, qui suam occupationem impendant, ministrando spiritua-

lia.

De I. Præcepto Decalogi. Cap. IV.

lia, quod non est vendere spiritualia (rite ait Donatus) sed velle habere necessaria ad vitam corporalem, sine qua spiritualia exercere non possumus. Quod est ita verum, ut pretium sustentationis possit in pactum deduci, ut probat Cajet. apud Donatum.

967 Quod fundatur in illo Matth. 10. ubi Christus Apostolos ad prædicandum Evangelium misit, eisque dixit: *Dignus enim est operarius cibo suo.* Et Pauli 1. ad Tim. 5. *Qui bene presunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo, & doctrina.* Dicit enim scriptura: *Non alligabis os bovi trituranti. Etiam dignus est operarius mercede sua 2. v. tom. 2. n. 252.*

Hic quantum ad labem simoniæ præmissis, 968 Respondeo ad quæsitum, Capellæ, & sepultura alienari, & vendi non posse absque assensu Apostolico, quia sunt res, & jura Ecclesiæ; ac proinde comprehenduntur in Extrav. & Decret. Donatus quest. 79. num. 11.

969 Potest autem Prælatum sine titulo venditionis, aut alio, quo transferatur dominium alicui devoto, aut Monasterii benemerito Capellam concedere; ita tamen, ut solum usum facti concedat, videlicet ad se ibi, & suos sepeliendos, ad eam suis sumptibus ampliandam, paraments orandam, & decorandam, ita ut non deducatur in pactum aliqua solutio in pretium faciendam pro Capellâ, aut sepultura. Et hoc pacto etiam à Fratribus Minoribus concedi possunt Capellæ, & sepultura. Lancelus in Theatro Reg. v. 4. Alienatio n. 3. & 4.

QUÆRES XII.

970 An Capella legitime alteri vendita, postea eo mortuo, à Prælato alteri donari, aut vendi?

Respondeo, posse alteri donari, aut vendi, extinctis tamen cunctis hæredibus sui domus, pro quibus concessa supponitur, si primus donatarius, aut emptor, ultra pretium, quod semel pro venditione solvit, nullum redditum annualem reliquit pro ornatu, & consecratione Capellæ. Portellus p. 2. cap. 20. n. 1. Donatus cit. q. 80. Quia mortuus hæredibus, jus sepulturae redit ad proprietatem, & dominium Ecclesiæ. Quid est verum, etiam si in Capella sit inscriptum nomen donatarii, aut emptoris.

971 Tum quia, si hæredibus primi donatarii, aut emptoris desincht, non potest Capella alteri donari, aut vendi, potest breviter deveniri ad tempus, quo non esset locus

aliis, qui vellent sepulturam eligere: quod insuper cedit in detrimentum Ecclesiæ, Capellæ, & Ministrorum; nam Capellæ non reperitur fidelis devotus, qui eas vellent ornare, & Ministri privarentur plurimæ elemosynis, quæ eis ex electionibus sepulturae provenire solent, & quibus vivunt, atque illis profusus adderet unum Capellæ ornandi.

972 Si vero donatarius, seu emptor Capellæ reliquerit dotem, videlicet aliquem redditum annuum perpetuum pro ejus ornatu, & consecratione, quamvis Rodr. apud Donatum cit. etiam affirmet,

973 Dicendum tamen est, quod non possit alteri donari, aut vendi. Port. & Donat. cit. Quia pro illius redditum annualem (ait Donatus) videtur desinchtum cum Ecclesiâ pactum facile, ut nunquam alium ibidem sepeliatur; pacta autem legitime iura, etiam post mortem sunt servanda, & Antiquo 2. de pactis. Tum quia ita est communis præaxis, ut Capella rite ab Ecclesiâ alienata, in posterum nullatenus ab eadem revertatur; secus, si foret concessa ad nudum usum, aut sine debito pretio. Ita ille.

QUÆRES XIII.

974 An alienantes Reliquias Sanctorum sine assensu Apostolico, incurrant penas Extravagantis?

Difficultas procedit de Reliquiis existentibus sub dominio, & potestate Ecclesiæ; minime de his, quæ extant apud personas particulares, aut quæ a mercatoribus à partibus infidelium afferuntur; hæc quidem considerantur, ut res proprie, adeoque libere absque ullo assensu alienari possunt.

975 Insuper certum est, quod Superior Ecclesiæ possit aliquod Reliquie fructuum, pietatis causa, personæ extræ, & benemeritæ largiri, si partes Reliquie ejusdem Sancti in eâ remaneant: quia (ut ait Donatus q. 56.) *Ecclesiæ decem non desunt, & pietas dilatat.* His præmissis.

976 Reliquias alienantes incurrere penas Extrav. tenent Genueus, Riccius, & Donatus cit. quia Reliquiæ sunt mobilia pretiosiora, quam vasa sacra, nam adorandæ exponuntur; non sic vasa.

977 Respondeo, non incurrere penas Extravagantis. Bord. ref. 27. n. 61. Diana part. 4. tit. 4. ref. 223. ver. notandum. Fagnan. lib. 3. Decret. c. Cum ex eo 2. de Reliquiis num. 25. Quia Extravagans, & Decretum expresse loquuntur de mobilibus pretiosis temporalibus, & in ratione valoris, seu pretio existit

mabilibus, minime de pretiosis spiritualibus & in ratione honoris.

978 Verum tamen est, quod translatio Corporum Sanctorum de uno in alium locum fit prohibita, *ex cap. Corpora, de confer. dist. 1. Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transire presumat, sine Consilio Principis, hoc est Papae, vel Episcopi, & Sanctae Synodi, videlicet Canonorum.*

979 Qui autem sine debita licentia Corpus Sancti de uno in alium locum transferret, non incurreret poenas Extravagantis, sed esset puniendus arbitrio Iudicis; quia nulla est in jure apposta poena.

980 Idem esset dicendum de Superiore Regulari, aut alio, qui Reliquiam insignem extraheret; quia Ecclesiam ejus Sancti decore privaret.

QUERES XIV.

981 *An pecunia Regularibus relicta ad finem celebrandi perpetuum Missam pro aliquo defuncto possit investiri in imponendo censu supra bona propria Monasterii, aut in subscanda parte Conventus?*

Affirmat quoad fabricandam partem Conventus, Peyr. in *form. lit. A, cap. 11. num. 2. Donat. tom. 4. n. 7. q. 881. & tom. 1. p. 2. n. 14. q. 75.* Quia possunt Religiosi Ecclesiam aut Monasterium recipere sub obligatione Missae quotidianae, igitur & illa reparare sub onere Missae.

2 Quia pars Conventus fabricata est fructifera aequivalenter; nam Religiosi deficientes in Conventu, possent domum pro habitatione conducere; & qua conductione eodem fabricato liberat.

3 Quia in Ecclesia diruta non possunt sacrificia, & officia celebrari, nec cada vera sepeleiri; adeoque non possent ex ea recipere emolumenta, quae ex Ecclesiae actibus percipi solent; igitur Ecclesia reparata est actu fructifera, ac proinde capax, ut sustineat onus Missae perpetuae, juxta mentem S. Cong. de Celebr. Missarum.

982 Resp. tamen, omnino non posse; *Diana part. 10. n. 16. ref. 7. Pelliz. tract. 6. cap. 3. n. 52. Tamb. tit. n. 12. & Bord. ref. 25.* qui locum affirmat cum hac limitatione, videlicet, si postea ex accretione proventuum Monasterii ematur nova proprietas, quae actu fructifera. Ratio est, quia S. C. in Decr. de celebr. Missar. expresse vult, pecuniam relictam esse investendam in bonis immobilibus fructiferis; in aliis autem duobus casibus, nisi vult acquiri Monasterium, unde fructus habeat ad onus Missae sustentandum.

983 Ad rationes in oppositum: ad 1. par-

ter disparitas, quia in concessione Ecclesiae, seu Monasterii, datur proprietas simul cum onere; in nostro vero casu datur pecunia eo fine, ut transferatur in stabile fructiferum.

Tum quia acceptationem Ecclesiae seu Monasterii sub onere Missae perpetuae, solum potest concedendam Religiosis divitibus; qui alios habent redditus liberos, unde vivunt; minime universaliter etiam Mendicantibus, qui ex puris elemosynis sustentantur, de quibus infra.

Secunda, & tertia ratio non probant universaliter, sed solum quando fabricatur Ecclesia omnino inepta ad solita emolumenta, aut pars Conventus, ex cuius defectu Religiosi pro habitatione locabant domum. Ad 2. autem dico, non sufficere aequivalentiam, quia haec non subleat Sacerdotis indigentiam, qui est finis S. C. cum enim Sacerdotes actu indigeant, actu debet res immobilis fructificare.

984 Ad 3. dico, talem fructificationem non sufficere, quia non est realiter nova fructificatio. Vel enim consideratur in ordine ad Ecclesiam, & Monasterium ex diruto reparatum; & sic cedit in commodum ipsius Ecclesiae, & Monasterii, ac ipsorum Religiosorum, ut ibi habitent, & sua ministeria exerceant, minime in animae defuncti fructum, & utilitatem, sed potius in ejus damnum. Vel consideratur in ordine ad emolumenta, quae ex Ecclesia reparata de novo percipiuntur. Et sub hac consideratione fructus apparet novus; at non est realiter novus, uti requiritur ad onus Missae sustentandum; aequivalent enim fructui, quem ante destructionem ex Ecclesia apta Religiosi percipiabant; unde sicut tunc, quando Ecclesia erat apta, non poterant Religiosi pecuniam pro Missa perpetua relictam investire in ipsa Ecclesia, assignando pro fructu sustentationis oneris Missae emolumenta, quae forte in majori summa tunc temporis percipiabant; ita nec poterunt modo per reparationem, in eadem Ecclesia reparata investire, assignando pro fructu sustentationis oneris Missae, emolumenta, quae ex ea in minori summa ob temporum sterilitatem modo percipiunt; & sicut tunc pecunia non diceretur applicata in bonis stabilibus fructiferis, uti S. C. requirit; ita nec nunc.

985 Hujus ratio est, quia S. C. in hoc Decreto intendit dare Sacerdoti pro novo onere novum stipendium cum effectu pro ejus sustentatione, ne ex defectu stipendii, voluntas testatoris non adimpleatur, & ejus anima suffragiis privetur; unde per S. Cong. res illa im-

fructifera dicitur, quae novum realiter, & cum effectu asert fructum, itaut aliquid revera addat Monasterio pro Sacerdotis sustentatione.

986 Ex hac ratione fateor, quod si ex pecunia relicta pro Missa fabricaretur pars Conventus, ita ut subitus fabricaretur domus locanda secularibus, vel repararetur praedium, quod ex tali reparatione daret fructum proportionatum oneri Missae; utique esset bene investita, quia ex ea proveniret fructus sustentationis oneris Missae, uti S. C. requirit.

987 Denique si opinio Peyr. & Donati aliquam potest probabilitatem habere pro Monasteriis divitibus, quae alios habent redditus liberos, unde honeste vivant, itaut valeant satisfacere oneri sine periculo damni animarum; nullo pacto potest habere locum in Monasteriis Mendicantium pauperum, qui de elemosynis vivunt.

Hi quidem Mendicantes, nullo pacto possunt sine peccato mortali, atque injustitia, pecunias sic relinere, aut capitalia extingueret, five ad loca solvenda, five ad Monasterium fabricandum, aut reparandum, cum evidens fit animam damnum ex certa suffragiorum emissionem; quoniam si exinde indigentiam Monasterii ex una parte sublevent, illud reparando, aut debita solvendo: ex alia augment in perpetuum posteris annum censum extinguendo; & Sacerdotes vix sufficientes ad satisfaciendum oneribus ex quotidianis elemosynis, ad quas pro necessaria Monasterii sustentatione, cum sudore, ob Monasteriorum, ac pauperum multitudinem, atque ob temporis penuriam, recurrunt, erunt omnino impotentes ad satisfaciendum Missatum oneribus, praefatis pecuniis aut capitalibus extractis correspondentibus.

Animadvertant igitur Superiores, & divinum iudicium reformident, quoniam iustorum Defensorum animae, quo ditius Purgatorii igne cremantur, eo acrius contra hujusmodi impios apud severum iudicem clamant.

988 Hi tamen Superiores, qui sic pecuniam illam infunderent, non incurrerent poenas Extrav. contra alienantes; quia revera non alienant, cum in utilitatem ejusdem Monasterii remaneret impensa: ut in n. 928. incurrerent autem poenas Decreti Sac. Cong. de Celebr. Missarum relati in tom. 3. n. 5.

989 Certum tamen est, onus Missae non incipere post dispositionem pecuniae, nec post

acceptationem Ecclesiae, sed post investitionem; quia sicut tunc incipit stipendium, ita & onus.

De alienatione agunt Donat. tom. 2. p. 2. n. 14. Castrop. p. 2. n. 12. dist. an. pan. 15. Bord. ref. 27. 62. & 126. Aut. a Spis. S. de privi. regul. r. 2. dist. 1. sect. 4. §. 1. Faenzaus. n. 1. 3. Decr. c. Nulli. de reb. Eccl. non alien. Pithing. in Comp. 3. tit. 12. Phaebus lib. tit. 12.

LARGITIO MUNERUM

990 **L**ex prohibita Regularibus utriusque sexus [Religiosis miuitibus exceptis] tam ante le ipsos, quam in ordine ad exteros, & laicales, a Clem. VIII. per Bullam incip. *Religiose Congregationis*, 18. Junii 1594. Quae Bulla non condidit novum jus, sed renovavit antiquum, *Cap. Non dicatis 12. qu. 1. cap. Monachi, de statu Monachorum & cap. Cum ad Monasterium sub eodem tit. ubi appositae poenas. Unde id, quod antea erat illicitum, aut licitum, ita modo.*

Prohibetur tamen per hanc Bullam largitio fructuum, seu pecuniarum, & rerum mobilium non pretiosarum; quia largitio bonorum immobilium, aut mobilium pretiosorum, est alienatio aliunde prohibita, ut supra.

Partus intellectus non comprehenduntur in Bulla, tales sunt conciones, lectiones, & familia scripta; imo expresse ibi excipiuntur; unde possunt abque peccato alii donari; imo Religiosus ad aliam Religionem transiens, potest ea secum habere licentia transferre: n. n. 1114.

991 Causae finales dictae Bullae sunt quatuor, in eadem expressae. 1. Ut Regularium disciplina conservetur, & habilitata restitueretur: 2. Ut bona Monasteriorum, aut a Religiosis acquisita, etiam redditus, & elemosynae, non dissipentur, & dissipentur: 3. Ut votum paupertatis integre observetur: 4. Ut prava Regularium ambitu evitetur.

992 Poena sunt perpetuae infamia, privatio vocis activae, & passivae, privatio ipso facto dignitatum, graduum, munerum, & officiorum, quae habent, & inhabilitas ad illa, & similia in futurum. Nominem dignitatum, graduum, munerum, & officiorum, veniunt ea, quae sunt cum superioritate, & jurisdictione ordinaria, vel delegata conjuncta. Unde non veniunt Vicarii, Superiores, Lectores, Confessarii, &c. ita Donat. tom. 1. p. 2. n. 15. 26.

993 Quae poena sunt impostae contra ipsos Religiosos, five Superiores, five subditos numeratae sives. Privatio vocis activae, passivae, & inhabilitas ad officia in futurum quo-

ad forum internum incurrantur ante Judicis sententiam declaratoriam, quia sunt pœnæ privativæ, quæ actionem hominis ad sui executionem non requirunt. Prioris pœnæ non incurrantur ante sententiam declaratoriam Judicis, quia sunt pœnæ privativæ, quæ actionem hominis ad sui executionem requirunt: ut *in n. 179.*

994 Satis autem probabile est, nullam pœnam (excepta censura) incurri in foro conscientie ante sententiam condemnatoriam, aut declaratoriam delicti, si pœna sit latæ sententiæ. Donat. *cit. q. 25.* cum Suar. Sanchez, Avila, & aliis. Quia nemo debet esse executor pœnæ contra se ipsum, ut innuit *in n. 180.* Quoad forum autem fori certum mihi est cum Com. nullam profus pœnam neque censuram [excepta censura ob notoriam percussorem Clerici, de qua suo loco] incurri ante sententiam: ut *supra, v. n. 1011.*

995 In recentia Bulla Clem. nulla imponitur censura contra largientes, sed relaxat privationes, & inhabilitates.

996 Donatarii vero, seu recipientes à Religiosis munera, non incurunt dictas pœnas, sed solum tenentur ad restitutionem in foro conscientie ante omnem sententiam, Donat. *qu. 28.* quia restitutio non est pœna, sed debitum. Habetur ex verbis ipsius Bullæ, ut sequitur.

997 Quod si vel ab aliquo particulari Religioso, vel à Superiore quopiam, Generali, Provinciali, aut alio quocunque fungente, aut à Conventu, Capitulo, vel Congregatione, sive ab universo Ordine, & Religione, quicumque receperint, id quod acceptent, suum non faciant. Verum ipso facto absque aliqua monitione Judicis, decreto, sententia, aut declaratione, ad illius restitutionem omnino in utroque foro teneantur, adeo ut restitutionem ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientie absolvi possint.

998 Hanc autem restitutionem fieri volumus, non privatim à Religioso, qui donavit, sed à Monasterio, Domui, vel alteri Loco, de cujus bonis facta est largitio; vel si non de ejus bonis donatum est, in quo idem Religiosus donans professionem emisit; vel si nomine totius Capituli, Conventus, aut Congregationis, vel universi Ordinis, seu Religionis donatio facta extiterit, pariter communi mensæ, aut mensæ, cujus nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur; ita ut nec qui donavit, nec Conventus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restituitur

facienda est, illam remittere, & iterum condonate, aut recipientem ab obligatione non restituendi eximere, vel ut in pauperes res eroget concedere, quocummodo possint.

997 Plures apud Donatum, & novissime Mendo *in epist. ver. Pauperatis votum n. 7.* dicunt Bullam Clem. VIII. de largitione munerum in Hispania & pluribus aliis Provinciis non fuisse usque receptam; maxime quoad pœnas, quod etiam tenet Diana *p. 1. tit. 6. ref. 1.* Quod negat Donat. Et maxime in Italia, nam quatuordecim mense Januarii legitur cum moderatone, & declaratione Urb. VIII.

998 Urb. nanque VIII. per Bullam Nuper, datam 16. Octobris 1640. innovavit dictam Bullam Clem. VIII. demandando omnem præsentium non usum: illam tamen moderavit, & declaravit, ut sequitur.

999 Declaravit, & declarat, munera à Religiosis utriusque sexus tribui posse ex causis gratitudinis, conciliationis, benevolentie, & equalis conversationis erga ipsam Religionem, vel Conventum, aliunde causis ex sui natura actum virtutis, & meritis continentibus; modeste tamen, ac discretè, & dummodo id non fiat, nisi de Superiorum localium licentia, & etiam cum consensu majoris partis Conventus, si talis consensus de jure, vel ex Constitutionibus, seu consuetudinibus ejusdem Religionis respective in hujusmodi casibus requiratur.

1000 Consensum vero Conventus in §. 5. ejusdem Constitutionis, ad leviora estulenta, ut poculenta, seu ad devotionem, & religiositatem pertinentia manualia largienda, &c. requisitum, intelligi debere de consensu alias de jure requisito, & ubi concurrebat ambitionis suspicio: qua cessante, nec in his requiri licentiam Superiorum in scriptis *in §. 4.* ejusdem Bullæ requisitum, sed sufficere licentiam etiam ore tenus existentem concessam, declarat.

1001 Commellationes autem, compotationes, & convivia in expiendis præsentium Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinariis, honorifice, & laute, de quibus *in §. 5. & 6.* ejusdem Constitutionis, ceteri tantummodo prohibitas, si decencie status regularis advenierint.

1002 Restitutionem vero receptorum Conventibus faciendam, de qua *in §. 7.* ibidem cautum est, intelligi debere de Conventibus, ad quos data, donata, seu missa de jure pertinent, si id commode fieri potest; alias Conventui ejusdem Religionis vi-

1003 ciniore loco, ubi petita fuit absolutio, restituitur.

1004 Insuper eadem facultate sibi tribuenda, omnes, qui huc usque adversus supra-dictæ Constitutionis Capitula hic moderata largiti fuerunt, vel receperunt, à pœnis quibuscumque in eadem Constitutione inventis, & incurtis, posse, & debere à prioris Confessariorum absolvi in foro conscientie, etiam non facta prius hujusmodi rerum donatarum, seu datarum restitutione.

1005 Quoad eos vero, qui præter modum prædictam graviori Religionis detrimento largiendo, vel recedendo transgressi sunt, sed ob inopiam restituere nequeunt: Eisdem Sanctitas concedit majori Penitentiarum, ut de præteritis usque ad diem date presentium in foro conscientie absolvat, dispense, & condonet, seu absolvi, dispensari, & condonari mandet, prout in Domino magis expedire judicaverit.

1006 Mendo *in epist. cit. n. 5.* docet, quod donans sine licentia extraneo aliquod ex suo peculio, non teneatur restituere Monasterio, nec extraneus ad restitutionem teneatur: quia præsumitur Religionem consentire, ne honorum periclitetur. Insuper ratio potest esse; quia peculium, quod in aliquibus Religiosis ex redditibus Monasterii assignari solet particulari Religioso, assignatur, ut illud impendat in suos usus; unde Religiosus ejus partem alteri donans, dat illi usum rei, quo ipse privat; in quo Superior non præsumitur invitus, cum nullum damnum Monasterio cedat.

1007 Valde roboratur ex *ref. 19.* quam tradit Diana *p. 1. tit. 6.* ubi inquirens, An Religiosus de annuis redditibus, ex Superioris licentia ad suum usum concessis, sine aliqua restrictione, possit libere, paucis vivendo, alius donare? Respondet cum pluribus.

1008 Affirmativam sententiam probabilem esse iudico, cum licentia saltem tacita sui Superioris. Et ratio est, quia hæc Bulla prohibet tantum largitiones munerum, ex quibus gravia incommoda, & mala Monasterii inferuntur. Sed donatio eorum, quæ Religiosi paucis vivendo largiuntur, non asserit malum damni Monasterio, ut patet: ergo &c. Probatur minor. Nam in tali donatione, Religiosus nullum damnum inferit Monasterio, sed genio suo, & ventri, & concencie sue personæ, cui hæc detrahit, & parce vivendo aufert: Ideo ex hac opinione datur occasio Religiosis, ut libentius frugalitati, & moderatione sumptuum assuecant, dum sciunt ea, quæ

de sibi necessariis detrahunt, posse licite parentibus, & aliis de se benemeritis donare, & in aliis licitis operibus expendere.

1009 Dicta potiori jure procedunt de Monialibus quod redditis particulare vitalioris sui cognatis illis assignatis, quorum Monasterium solum est usufructuarium, eorum tamen usus ipsis Monialibus concessus.

QUANTITAS DONANDI,

1010 Pro qua Superior possit sibi, & suis licentiam concedere, non est à jure præscripta. Plures apud Donatum *q. 5.* volunt, quod possit Religioso de bonis mobilibus, seu fructibus sibi applicatis concedere licentiam donandi usque ad decem aureos, ex pia, & rationabili causa, puta pro cognatorum nuptiis, pro gratitudine, aut alia causa virtutis. Alii tenent, quod possit usque ad duodecim, aut quindecim aureos singulis annis. Alii duos, vel tres aureos fingit mensibus, *v. n. 852. & 1021.*

1011 Aut quidem certa regula tradi non potest, esse quantitas præscriptio remittenda est arbitrio prudentis, circumstantiis consideratis, quantitatis redium, qualitatis personarum causa, spe, loco, & tempore.

1012 Pro ea autem quantitate, pro qua Superior Regularis potest dare licentiam donandi suis Religiosis, potest etiam Superiori sua Monialibus, nisi in aliquo præceptivo limitationem habeat à jure Superiore majori, nempe ab Ordinario. Diana *p. 1. tit. 6. ref. 21.*

1013 Certum tamen est, quod donans sine Superioris licentia in quantitate sufficiente ad mortale, mortaliter peccet. Pro qua re vide *ver. quantitas fieri inter domesticos.* Ubi de furto Religiosorum.

Quantitas autem duorum aureorum, licet sit notabilis, & sufficiens ad peccatum mortale contra votum paupertatis, non est notabilis, & sufficiens ad incurrendas pœnas Bullæ, sed est in jure modica; unde non erit sufficiens ad pœnas, si non excedat decem aureorum summam, ut in simili dictum est in *tom. 2. an. 7. ad 9.*

CAUSA VIRTUTIS

1014 Non est prohibitum donare, Bulla enim solum prohibet donationes ex mera liberalitate, & ob fines *n. 995.* expressos. Ceterum non intendit tollere jus naturæ, ut constat ex moderatione, & declaratione Urb. VIII. *de n. 999.*

1013 Hinc licitum est. Primo, Superioribus, & personis Monasterio benemeritis hospitari, & eorum adventum honorare, dummodo id discrete fiat, v. n. 1001. Secundo, Aliquid donare ad captandam benevolentiam personæ, à qua Monasterium sperat bona obtinere, aut ejus favore difficilia exigere, v. n. 999. Tertio, ratione gratitudinis in beneficiorum acceptorum memoriam, qua gratitudo est virtus juris naturæ debita, ut infra de *Simonia*, v. n. 999. Quarto, causa reminerationis, ob laborem impensum, & servitia præstita; remuneratio namque de gratitudine sapit simul, & de justitia.

1014 Imo gratitudo, & remuneratio expolcit, ut plus reddatur, quam sit acceptum. Donatus *g. 8. Imo Diana p. 1. r. 6. ref. 16.* tenet donationem posse excedere in quarta parte valorem meritorum, & beneficiorum.

1015 Hinc ultra justum salarium possunt Religiosi, & respective Moniales, aliquid donare Advocatis, Procuratoribus, Medicis, Confessariis, Ministris, &c. tunc enim gratificatur, seu remuneratur affectus, patientia, assiduitas, charitas, felix exitus litis, &c. hæc namque solo nomine dicuntur donationes; revera tamen sunt satisfactioes, & nature debita. Nec cedunt in præjudicium Monasterii sed in ejus utilitatem, & decorem; nam benefactores fovent ad magis in posterum beneficandum.

1016 Pariter possunt aliquid donare Moniales Ordinario loci ob assiduitatem in susceptione habitus, Professione, &c. Diana *p. 1. r. 6. ref. 24.*

1017 Denique aliquid dare possunt Religiosi valetis, &c. ne ab illis male tractentur.

RATIONE ELEMOSYNÆ

1018 Possunt Religiosi de suorum Superiorum expressa, aut tacita, seu rationabiliter præsumpta licentia, licite, & absolute ratione paupertatis, aliquid dare pauperibus, & indigentibus, maxime si sint parentes, & confanguinei; quod possunt facere dando illi, quod eis superest de concessis ad usum, aliquid subtrahendo de victu. Donatus *g. 9. cum Riccio, Bonac. & Diana.*

1019 Elemosyna enim est actus excellentioris virtutis, Charitatis scilicet, aut Pietatis, si fiat erga confanguineos pauperes. Unde non est prohibita in Bulla Clem. VIII. sed expresse in prohibitione exceptura, his verbis: *inversis pro divo cultu, & veris Christi pauperum indigentibus, & servatis in hoc charitatis ordine, & habitis necessitatibus ratione de consilio,*

& consensu Superiorum sublevandis, aut alias in rebus licitis, &c.

1020 Hinc Mendo in *Epit. cit. nu. 11.* cum Portello, & Diana docet, quod si Religiosorum parentes summe indigentes habeat, possit de Superioribus licentia illis succurrere per ea, quæ suo labore, aut industria acquisiverit, puta per elemosynam suæ prædicationis, aut alterius sui honesti laboris. Et hoc non sufficit, possit extra Monasterium ad tempus degere, ad illis subveniendum. Vide *tom. 2. n. 267. & n. 271.*

1021 Et Donatus *tom. 3. r. 15. qu. 26.* docet cum multis Monialem licentia Abbatis, sibi ad usus concessos licite posse reditus religiose, & discrete dare propinquis indigentibus, & maxime nobilibus, si causa pia, & rationalis adsit, qualis est, si sint pauperes. Idem docet Verricelli *tom. 1. r. 3. q. 29. nu. 1. & 10.*

Dicitur discrete, videlicet moderate, ad eorum indigentiam sublevandam, & ut honeste vivant, minime ad eos tirandos. Ratio autem est, quia donare propinquis egentibus est opus honestum, neque paupertati oppositum.

Imo Faber cum Nav. & aliis apud *Mastrum disp. 14. nu. 45.* docet, licere Religiosis benemerito, ut aliqua elargitur cognatis pauperibus ad conservationem sui status. Idque probat ex eo, quod refert Nav. *Com. 2. de Regul. nu. 25. Quod Dominiani S. Stephani Salmantice solent Magistris ejusdem Ordinis Cathedralis magnorum stipendiatorum ibi Regentibus permittere, ut ex illis cognatis pauperibus subveniant.* In quantum natura non patitur, ut Religiosis benemeritis permittat suos propinquis in gravi necessitate, maxime ad extremum proxima, consilium; aut sic constitutos sine rubore cernat.

Idem confirmat Mendo in *Epit. cit. num. 5.* dicens: *Potesse Prælatum, cui à majori Superiori non est revocata potestas, concedere licentiam ad quamvis quantitatem moderatam in suscipiendam, maxime si Religiosus eum habeat ex stipendio Cathedralis, aut similibus. Moderata autem est, dum non accedat ad aliqua millaria aureorum.*

Tanta tamen quantitas non est practicanda, nec permittenda. Nec id, quod tenet, & probat Verricelli *tracl. 8. quæst. 52.* quod Monialis possit suo Confessario numerum de licentia Abbatis frequenter dare, quæ in anno ad valorem triginta aureorum accedat, quia hoc est latam aperire viam ad immoderatam pecunia, & reditus retinendam; nam si tantam summam potest soli Confessario dare, in Monasterio centum Monialium possent tria

aureorum millia illi donari. Imo singulae Moniales (aliis dispositionibus, & aliis de quæ pluribus titulis computatis) possent valde notabile peculium sibi licitum reddere. Quod obstat fini Bullæ Clem. VIII. & Urb. VIII. de *non. 991.* Debent igitur hujusmodi donationes esse discrete, ut non excedant licentiam honesti, & hoc pacto permittenda; tunc namque habet locum motivum credentium Verricelli *cit. q. 51. n. 3.* quod Religiosi scientes posse hos reus propinquis donare, tunc abstinent à luxu, ceterisque superfluis, quæ paupertatem destruant.

1022 Potiori jure Religiosus potest de Superioribus licentia suam elargiri pitantiam, & solum non potest Superiore invito: quia Religiosus est solum utarius. Per hoc autem differunt Dominus, Usufructuarius, & Utarius, quod Dominus potest de ipsa re quoad substantiam disponere ad omnes usus, destruendo, vendendo, donando, &c. Usufructuarius potest de fructibus ipsius rei ad omnes usus disponere, tam in sui, quam aliorum utilitatem, integra remanente substantia rei. Utarius vero solum disponere potest de fructibus in propriam tantum, minime in alterius utilitatem, unde vulgi dicitur habere utum afinarium: sunt utarii uti volucres cæli, hujusmodi sunt Religiosi ratione voti paupertatis, adeoque nil disponere possunt ad aliorum utum & utilitatem, sine licentia expressa, aut tacita sui Superioris, de qua infra. Unde D. Benedictus erat solitus dicere: *Monachus habent obitum, non valet obitum (suppletu) sine licentia.*

1023 Denique de hujusmodi elemosynis dicitur loquens noster Emm. Rodr. in *summa p. 2. c. 33. n. 5.* ait: *Nec ego vellem, quod Prælati, ac Provinciales, & alii Regulares privati in hoc essent scrupulosi; quia ubi est ebaritas, & amor Dei, non est, quod adsit scrupulus.*

1024 Et rite, quia à discretis elemosynis, & operibus misericordiæ, non eximuntur Regulares, qui ad ea alios erudiunt, quoniam Christus Matth. 25. die Judicii erga cunctos haud alterius plus meminert, quam operum misericordiæ, sive ad vitam: *Venite benedicti. Ecce. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare, &c. live ad interitum: Descendite à me maledicti, &c. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, &c.*

CAUSA MORTIS

1025 Non potest Religiosus, aut Monialis, aliquid largiri; quia hoc sapit restari, quod est illis prohibitum, & contra votum paupertatis.

1026 Monialis vero, quæ fructus redi-

tuum ad suum usum concesserit, aut alio modo peccetorum apud se, aut apud depositariam se habere reperit, & quæcquid illis Missas pro anima sua dicendas, & aliquid titulo gratitudinis, remuneracionis, &c. alicui Moniali post mortem largiri, sium desiderium Superioriorum exponat, eamque pro executione roget, ita ut liberum sit Monasterio de illis disponere. Superioribus tamen esse moneo, ut fideliter suæ Religiosæ justitiæ & honestæ desideria amplectat, ut si Moniales aliter in Monasterio degant, hilarius peccatum patiantur clausuram, & fervidius Deo inserviant. Eo maxime, quia aliter se habendo, gravissima sequerentur mala, in gravissimum, nedum voti paupertatis, verum totius disciplina regularis dispendium: v. n. 1043. **BULLA NON ACQUISITIS, DE NONDUM ACQUISITIS,**

1027 Sed de jam acquisitis, quia loquitur de bonis, seu fructibus Monasterii, eujusmodi non sunt acquisita, sed acquisita, ut in *n. 80.*

1028 Hinc Religiosus de sui Superioribus licentia potest pro confanguineo, aut amico picturam magni valoris (etiam ex sumptibus Monasterii, modicis tamen) aut alia opera gratis efficere, eique donare. Diana cum Valero *p. 1. r. 16. ref. 6. & p. 7. r. 11. ref. 17.* Quia Monasterium non habuit jus in opus illud, nam nondum erat; nec in pretium, quia non est acquisitum, imo est remissum, priusquam debeatur.

1029 Pariter potest gratis celebrare aliquot Missas ad intentionem sui amici, quem scit pro eis stipendium accipere. Non potest tamen sine ictione paupertatis dare stipendia a se acquisita pro Missis sibi intra annum a suo Superiore concessis. Diana *p. 1. r. 16. ref. 9.*

1030 Religiosus, qui non acceptat donum aliquod, sed rogat, ut illud det confanguineo, aut amico, non peccat contra paupertatem, nec contra Bullam. Diana *cit. ref. 8. cum multis contra Sorbo.* Quia non acceptavit, sed solum se habet ut intercessor; adeoque non Religiosus, sed amicus donat, licet precibus aut amore Religiosi, nec ille de bonis Religiosi, seu Monasterii, sed de suis donat. Si vero acceptavit, non potest facere, quod nomine suo donetur alteri: qui jam Monasterio acquisit, juxta illud: *Quidquid Monachus acquisit, Monasterio acquisit.*

1031 Soufa apud *Dianam cit. ref. 10.* tenet non peccare Religiosum, si abique Superioribus licentia dispenset pecuniam ab amico aut confanguineo sibi traditam, aut pro sui libro, qui-

quibus vult, dispenset, domino tamen apud ipsum amicum reservato, quia ejus solum est dispensator, non dominus; unde non donat nomine proprio.

1022 Hæc autem opinio, loquendo de usu absoluto pecunie, esto sit speculative probabilis, prædicte tamen est nimis laxa, Diana scilicet ac proinde non prædicanda; quia talis Religiosus possidet eam pecuniam ad omnes sui usus, imò & aliis etiam extra causas virtutis elargiri: quod est contra perfectionem paupertatis Religiosæ.

1023 Loquendo autem de usu determinato ad actus virtutis, puta si pecunia esset Religioso tradita dispensanda in elemosynas, in cultum divinum, &c. optima est sententia Dianæ scilicet Pelliz. de Monialib. c. 4. n. 55.

PAUPER TAS RELIGIOSA

1024 **E**X D. Bonav. Est vivus temporalium abdicativa bonorum, qua quis nil proprium gerens, sustentatur de non suo. Dicitur temporalium bonorum, hoc est pretio æstimabilem, ut detur intelligi; quod per votum paupertatis Religiosus non renunciat suo ad famam, nec honores, & gradus meritis debitus; quia honores sunt præmia virtutum.

1025 Unde Religiosus ex vi voti paupertatis excludit à se tres actus: videlicet omnium temporalium rerum dominium, usum fructuum, & usum juris, seu usum jurisdictionis, quo scilicet quis habet jus utendi re, a qua est sub dominio alterius, vel ejus usum alteri concedendi; & solum pro se retinet usum facti, ut in n. 1022.

1026 Potest autem Religiosus abique paupertatis lesione res tenere, de illis disponere, et si que uti, dependenter tamen à voluntate sui Superioris, eo modo, quo dictum est supra de larg. munerum, & dicitur modo; sic nanque non erit proprietarius; quia dominium est facultas disponendi de re, libere, & independenter: Religiosus vero disponendo de rebus dependenter à voluntate Superiori, seu de ejus licentia, expressa, aut tacita, semper erit usufructus, & nullum jus exercebit.

LICENTIA M

1027 **A**D debitum usum paupertatis requisitam in recipiendo, retinendo, donando, &c. concedere possunt Superiores immediati, videlicet Superiores locales, Priores, & Rectores, &c. quia ipsi sunt dispensatores, & administratores bonorum Monasterii. Nisi in aliquo limitentur à Superioribus majoribus. Item Provinciales, quia sunt vere Superiores Prælati. Pro Monialibus, Ordinarius, vel Abbatissæ.

1028 Non est necesse, ut detur toties, quo-

ties casus occurrerit, sed sufficit absoluta sine limitatione; quia cum sit semper revocabilis, semper salvatur, quod Religiosus det, & disponat ex nutu Superioris. Et sic ab uno Superiore data, durat etiam sub alio Superiore, nisi ab ipso successore expresse, vel tacite fuerit revocata, Donatus tom. 3. tr. 15. q. 17. & 18. quia gratia non expirat mortuo, vel amoto ab officio concedente.

1029 Sufficit, quod sit tacita, & rationaliter præsumpta, etiam si expressa postulari possit, & ob pudorem, aut aliam justam causam omittatur; quia ex jure, Taciti, & expressi eadem est virtus. Ita Donatus cit. qu. 14. & apud ipsum S. Anton. Rodr. cum D. Thoma 2. 2. q. 3. art. 8. ad 1. quia ait: Tunc non potest facere elemosynam sine licentia Abbatis, vel expressè habita, vel probabiliter præsumpta, nisi forte in articulo extreme necessitatis.

1040 Licentia tacita, & præsumpta est illa, quæ non petitur expresse, sed si petereur, concederetur: quod relinquatur iudicio prudentis, circumstantiis consideratis personarum, causarum petitionis, & usus rei, qui petitur.

1041 Universaliter Religiosus leve contra pauperatem graviter, vel leviter, juxta gravitatem, vel levitatem materie, recipiendo, retinendo, donando, si Superior sit invitus quoad substantiam recipiendi, retinendi, dandi, &c. Minime, si sit invitus solum quoad modum.

1042 Non sufficit licentia tacita, si in aliqua Religione valde reformata adit præceptum, ut licentia expresse petatur, & obtineatur.

1043 In tali tamen Religione, Superior cum suis Religiosis gerere se debet ut pater, non ut dominus, & ita paterna charitate curare, ut eos tibi bene affectos conservet, sicque habeat promptiores rigori disciplinæ regularis, & suis præceptis, quod experientia magistra mirabiliter obtinet, si in huiusmodi licentias concedendis se ostendat blandum, ac liberalem, minus nimia facilitas recurrendi. Sicque etiam tollitur nimia facilitas recurrendi ad licentias præsumptas, in quibus ob proprio amoris passionem potest aliqua imperfectio contingere. Quod maxime attendendum est pro Monialibus. sub eo principio: *Aliquid est indulgendum sexu: 2. n. 1026. 1028.*

1044 His de causis Superior Religiosus petitionem, & licentiæ concessionem, non injuliam, sed rationabilem, utilem, imo necessariam censere debet, nisi ei positive constet oppositum.

1045 Monialis ad aliquod officium, seu

exerc-

exercitium destinata, puta Sacristæ, Cellararæ, &c. ad quod requiruntur expensæ, quæ non satis à Monasterio subministrantur; per hoc ipsum, quod ad tale officium deputatur, implicitam habet licentiam recipiendi à propinquo, quidquid est opus, & convenit ad ejus executionem. Superior autem (si proficue potest) debet nimiam moderari ostentationem.

1046 In Religiosis, ubi est recepta, & viget consuetudo aliqua recipiendi, retinendi, expendendi, donandi, &c. sine expressa Superioris licentia, excusatur Religiosus à peccato proprietatis ratione licentiæ tacite. Malltrius disp. 14. q. 1. m. 44. Pelliz. de Monialib. c. 4. num. 71. & com.

At hæc licentia tacita non habet locum in distractionibus rive Monasterii, in quibus Monasterium grave periret damnum; ut si calicem à sacristia, notabilem pecuniam immediate, & directe Monasterio datam distrahas, Donat. tom. 3. tr. 15. q. 14. quia hæc sunt fuita; & Prælati omnino invitus præsumitur.

Secus est dicendum de rebus propria industria, aut proprio labore à Religioso acquisitis, ut de elemosyna propriæ prædicationis, lectionis, &c. Hinc posse Abbatissam Monialibus, & Superiorem Religiosis licentiam concedere eas convertendi in proprios usus, docet Diana p. 1. tr. 6. ref. 22.

1047 Contra paupertatis votum peccat Religiosus res occultans, ne à Superiore reperiantur, animo non parato ad eas tradendas, si petantur. Secus vero, si occultentur solum ob vitandam confusionem, aut verecundiam, animus tamen sit paratus ad eas tradendas, si petantur. Mendo in epit. ver. Paupertatis votum. Qui addit:

1) Quod licentiam habens à majori Prælato, possit eas occultare minori, quia sufficit ea dependentia, ne sit proprietarius.

2) Habens licentiam ad infundendam pecuniam in re detentam, aut ad donandum eam uni, neque donare alteri, nec in alia re infundere, nisi tacitam licentiam rationaliter præsumat.

3) Accipiens aliquid non sibi, sed communitati, & ei tradens, non indiget licentia, quia præsumitur.

4) Accipiens à communitate ea, quæ sibi essent præstanda, non violat pauperatem; nam in acceptance abique proprietate, perinde se habet ea tenere, ac usui communitati deputare. Quinimo, si à Superiore injulite negentur necessaria ex bonis communibus, potest quis ea accipere; nam Superior abutitur sua potestate; & ea bona devolvuntur ad subditos.

5) Eadem docet Pelliz. de Monialib. cap. à n. 37. ad 39.

Eandem docet Pelliz. de Monialib. cap. à n. 37. ad 39.

1048 Religiosus, qui habet licentiam dandi, & accipendi, potest emere, & vendere, quia in ea comprehenditur licentia accipiendi, & transferendi dominium; dummodo talis emptio, & venditio non sit negotiatio, quia hæc est prohibita Clericis. Quia autem habet solum licentiam dandi, aut solum accipendi non potest emere, & vendere; quia in emptione, & venditione datur acquisitio, & translatio domini.

1049 Habens licentiam dandi, potest uni ex Monasterio dare, etiam si ille non petat licentiam accipiendi, quia licentia dandi in uno connotat pro suo correlativo licentiam accipiendi in alio, nisi ille excludatur.

Qui autem habet licentiam dandi, peccat contra charitatem, non contra pauperatem, si donet alteri Religioso, qui accipiendo peccat. Mendo cit. num. 5. Pelliz. de Monial. cap. 4. n. 60.

PLURA DE PAUPER TATE RESOLVUNTUR.

1050 **R**eligiosus, qui à suis devotis pecuniam accipit, & ex ea, Prælato infuso, necessarios libros emit, non peccat contra pauperatem, si eos non occultet, sed in cella palam teneat, Diana par. 1. tr. 6. ref. 26. cuius ratio est; quia quidquid hoc pacto Religiosus possidet, Prælatorum suorum voluntati, ac potestati subijcitur.

1051 Dans mutuo rem sui usui concessam alteri ejusdem Monasterii sine licentia, non peccat graviter contra pauperatem. Dans autem externo, potest peccare graviter, quia tunc Superior est magis invitus, cum transfertur dominium extra Monasterium; sed major quantitas ad mortale requiritur, quam si donaret; quia in mutuo res est brevi tempore sit reditura, non sic in donatione. Idem respicive est dicendum in permutationibus, ubi quidem etiam longe major quantitas requiritur; nam in permutationibus, etiam cum externis, Monasterium amittit unum, sed acquirit aliud; peccat autem, si res Monasterii, quæ permittatur, sit utilior Monasterio. Omnino vide dista de alienatione à n. 953.

1052 Religiosus secusam rem sibi donatam, si non habeat justam causam recusandi, peccat contra charitatem, minime contra pauperatem, aut justitiam, Mendo cit. n. 2. Non contra justitiam, quia Monasterium ante

acce-